



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,  
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis  
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,  
Et Vitiis Contrariis, In ...**

Continet Tractatvs De Conscientia, De Peccatis, De Legibvs, De Fide, Spe,  
Et Charitate

**Castro Palao, Fernando de  
Lugduni, 1669**

Dispvtatio IV. De lege concedente priuilegium seu de priuilegiis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76540](#)

depositio sit de confusione vigente illo in loco , vbi testis commoratur; fucus si de probanda confusione alterius loci tractaretur, quia tunc vnu testis videtur semiplenam probationem praestare, quia est probabilis ignoratio illius confusione. Sed haec limitatio mihi non probatur, si in loco illo, de quo probanda est confusione, non adsit alii testes illam testificantes: nam tunc à fortiori cognitione ableris suspecta certi potest, & eius testimonium fallax. Secunda limitatio Mafcardi, vt non procedat, quando ageretur de probanda confusione multum antiqua quia tunc vix est, qui illius recordetur, & vnu testis iuratus semiplenam constituit probationem, ex authen- sed cum testator, C ad legem Falcid. & l. si arbitrio ff. de probat, cui limitatione afflentio.

8. Plene autem probatur confusione, si duo testes de illa deponant: sic Guid. Papa consil. 116. n. 9. & consil. 17. n. 3. Barr. in l. 2. C. qua sit longa confusio, 2.6. & in l. de quibus, in 4. q. in princ. Rochus de Curte tract. de confus. scilicet 14. n. 5. Mafcard. alias refertur consil. 424. n. 4. & n. 13. Salas disp. 19. scilicet 18. n. 108. Hi autem testes debent deponere de viu populi, frequenter actuum, & diu uirtutate temporis illius actus, quia haec omnia ad confusione praeceptum requiruntur, alias non probante confusione. sic Guid. Papa consil. 23.1. Rebuff. tract. de con- fusu. n. 196. tom. 1. Mafcard. supra n. 2. Quocirca debent testes deponere se videlicet obseruatum esse illo in loco , scientibus & presentibus multis tuto temporis spacio , quod ad introducendam confusione praecepit: ut eleganter tradit Rota decr. 25. in noui apud Fatin. pag. mibi 291. tom. 1. decimation nouissimarum. & decr. 5. & 6. n. 7. fine & part. 2. decr. 497. n. 2. neque sufficit, si testester est confusione, nisi illius ratio- nem reddat, ut optimo tradit Decius consil. 215. n. 3. Rochus de Curte in tract. de confus. n. 6. 17. verific. & quod testis. Barr. in l. de quibus, sol. 9. verific. sed quid si testis. Ratio est, quia con- fusetudo est viu frequenti populi longo tempore durans. Ergo qui de confusione testari debet, de viu frequenti longo tem- pote durante debet ferre testimonium. Verum si de immemo- riali confusione testes deponant, sufficit, si testentur, se ita vi- diste, & a maioribus audire obseruatum, quin viderine, aut au- dierint aliquid contra facti.

9. Sed inquires, an consuetudo probatur sufficiens per assertiōnē alicuius excellētis Doctoris , de confusione testificans?

Varia sunt Doctorum placita in hac re, vt videare est apud Thomam Sanchez lib. 7. de matr. disp. 17. num. 8. & Mafcard, de probacionib. conclus. 426. n. 1. & segg. Salas disp. 19. scilicet 18. Ilios tamen in concordiam redigit Mafcard. n. 11. affirmans, Doctori excellēti restant in iuis scriptis esse confusione, cre- dendū esse præsumptiōne, non concludēti. Et probat præ- sumptiōne esse ex dendam, quia testis etiam non iuratus facit præsumptiōne: ut obseruat glossa in cap. nuper de testibus. Item dictum honesti viri inducit creditūlum: ut obseruat Acur. in l. Tatio fundus ff. de condit. & demonstrat & Decius consil. 5. 40. & consil. 6. 1. fine. Item pro iudice præsumptiōne cap. in nostra de procuratoriis. & in cap. in præsenzia de renunciā, quin etiā pro Notario præsumptiōne cap. ad audiētiā, de præscrip. Ergo etiam præsumptiōne est pro dicto excellētis Doctoris , donec contrarium probetur. Quod autem dictum excellētis Doctoris non facit concludēti probationem, probat optimè Mafcard. primo, quia confusendo est quid factū in his autem, quæ ad factū pertinentiū magis Doctori , quam alii creden- dum est, fucus vero fieret in his, quæ ad cius professionem spectarent. Secundo quia ea, quæ sunt facti, plerunque etiam prudentissimū fallunt. L. 2. ff. de iure. & scilicet ignorā. Ergo non concludit dictum prudentissimi. Tertio testi cuiuscumque sit qualitatis non creditur absque iuramento, vt in religiosis patet, c. suis, de testibus. Et de Episcopo constitutum est in e. fin. de iuram calamus, quin ino, neque etiam S. Romana Ecclesia Cardinali creditur, si deponant abī iuramento, vt docuit glossa cap. cum olim. 1. in verbo fratribus, & ibi Abbas de priuilegiis, & idem Abbas in cap. nuper, de testibus. Ergo multo min- us videtur credendum Doctori etiam præstantissimo absque iuramento. Quarto probat idem Mafcard. quin alias sequetur duplicitē specialitatem circa idem concutere. Prima quod admittentur testes non iurati. Secunda, quod admittentur testes qui deponent per scripturam: quod non licet fanciū est in cap. testes. 3. 9. & 11. 3. & idem diuin. ff. de testib. Sed istud non debet admitti quia duplex specialitas circa idem concutere non debet. l. 1. & quod ibi notar. Barr. e. de inoffi- ciis doct. & in l. si quis pro emptore, ff. de usucap. Ergo vni Doctori fides integra non est adhibenda.

10. Verum si communiter Doctores consuetudinem re- flectentur, & nullas sit qui contradicat, credo fidere ei integrē habendam esse quia tunc videtur probata confusione notoria & dicta illorum Doctorum habentur tanquam publica instrumenta sic docuit Mafcard plures refertur conclus. 426. num. 17. saach lib. 7. de matr. disp. 17. n. 8. Salas disp. 19. scilicet 18. num. 108. Debet tamen consuetudo iuri communi esse conformis & non aduersaria: nam iuri communi aduersaria, dicta illo-

rum Doctorum plena non probant omnibus enim illis ius commune prepondet: vt recēdē ex aliis Doctoribus docuit Mafcard, ibi numer. 24. Quia etiam ratione, eti ex authoritate vnius glossa confutudo probetur, vt censet Bald. cap. cum dilectus, vol. 2. de conjectud. & Decius consil. 140. num. 9 & 10. & glossa in l. dos à patre, Cod. folio. matrimonio. hoc intelligendū est, si communī non aduersetur: vt ex aliis notat Mafcard, num. 29.

11. Hec omnia intelligenda sunt de probatione facti ex- terni, & iudiciali. Si enim de fato conscientia loquuntur, ex- istimū vni excellenti Doctori assertenti confusione esse, dummodo alii non contradicant posse integrē fidem adhiberi, quia facit sem moraliter certam, ac proinde aptam, cui fides in fato conscientie merito habenda sit, sic Salas disp. 19. scilicet 18. n. 108. Suar. lib. 7. de legib. c. 11. n. 8.

## DISP V TATI O IV.

### De lege concedente priuilegium, & ex de priuilegiis

**A**D perfectam legis notitiam pertinet [priuilegiorum co-]gnitio, utrum extrahant subditos à legis communis ob- letuatione.

Multipliciter priuilegium nuncupatur: quilibet enim gratia, beneficium, favor, prærogativa, exemptio, indul- gencia, & facultas alicui specialiter concessa, priuilegium dicuntur: & quia haec solent per rescriptum Principis, diploma, seu bullam Pontificis concedi: ideo illud præceptum, diploma, seu bulla, solet priuilegium appellari non quia sunt priuilegia, sed quia priuilegium continent, qua vero ratione dif- ferant, statim videbimus.

### P V N C T U M I.

Quid sit priuilegium, & qua ratione à lege, dispensatione, gratia, & rescripto distinguuntur.

1. Definitur priuilegium.
2. Quarantione dicatur lex priuata.
3. Inferuntur aliqua valde notanda.
4. Leges penales priuilegia dici non debent.
5. Explicatur, quomodo priuilegium differat à lege, dispensatione, gratia, & rescripto.

**I** Octores communiter definitur priuilegium, ut sit pri- data lex aliquod speciale beneficium concedens. Sic sumitur ex Iñidoro celato in cap. priuilegia, disp. 3. & c. in his, de priuileg. cap. Abbat. cap. olim. de verborum signific. Dicitur, lex non propriè tunc quia sapientia priuilegium non est perpetuum, sed temporalem etiam quia necessitatem non imponit priuilegio vivendi priuilegio, sapientia enim illum liberum relinquit vivendi priuilegio, vt contingit, quando priuilegium est in favorem priuata personæ, & non in favorem communis: di- citur tamen lex quia dum durat alii necessitatem importat ne priuilegio vsum priuilegiis impediunt, esto huiusmodi nec- cessitatis etiam ex iure ipso naturali orum habeat quia ius ipsum naturale dicitur ne priuilegiis iure, & facultate sibi à superiori concessa priuenter, quare priuilegium respectu aliorum est lex, non respectu priuilegiis.

2. Vocatur autem lex priuata, quia regulariter priuata per- sonae conceditur, ei dato, quod alicui communiter concedatur: & tanquam parti communis superioris, quia erat lege communis obligata, conceditur, præcepit tamen appellatur lex priuata, quia priuatum aliquod beneficium priuilegiato con- cedit, si enim nihil speciale concederet, quod ex iure communis concessum non esset inutilē & fructuaneum esset priuilegium ut dicitur in cap. in his, de priuilegiis, cap. Abbate, eodem tit. & tradit Gratar. §. vñ. 25. quid. 1. Neque oblat sapientia priuilegia conciliations factas à principe illatum rerum, quæ alias iure communi concessa erant, vt constat ex cap. quia in causa, de procuratoriis, vbi conceditur vniuersitat. Parisiensi, vt possit procuratorem creare, quod de iure communi, vt ibidem dicitur, fieri poterat, & in cap. eis Christi, §. fin. de- restringendo, religiosi conceditur potestas iurandi in propriis causis alias probatione deficiente, quod iure etiam naturali facere poterant. Non inquam, oblati: iuri, quia haec non sunt propriæ priuilegia concessiva, de quibus loquimur, nihil enim speciale his personis concedunt, quod alias concessum non esset: sunt tamen priuilegia declarativa, quia declarant quod fore illis erat dubium, & obscurum: quia declaratio meri-

reputari potest priuilegium, quia causat securitatem, & certitudinem in operante; & ita docet glossa in supradicto cap. Azoz. com. 1. lib. 5. cap. 23. quæst. 3. Nauart. consil. 5. de statu monachalium, Salas d[icit] p[ro] 17. scđ. 1. num. 4. Suarez lib. 8. cap. 1. Quod his concessionibus non solum securitas, & certitudo concedant, sed etiam licentia, & facultas faciendo aliquid, quin possit ab aliquo inferiori protestato impediti: tunc claram est illi propriè priuilegium concessum. Semper tamen quanto ad fieri potest, intelligendum est priuilegium, de priuilegio concilio, non declaratio: qui hoc propriissimum priuilegium, ut sumitur ex cap. in his, de priuilegiis & tradit Panormit. & Felio, in cap. 3. de rescripto Azoz. supra Salas num. 4. Suarez num. 8.

Ex qua doctrina inferit Azoz quæst. 3. & ex illo Salas n. 5. priuilegium concessum Episcopo, ut testati queat, intelligendum esse de bonis ratione Ecclesiæ, cui praest, quæstus, non de patrimonialibus, de quibus iure communis testari potest. Secundo si concedat priuilegium, ut procedat in causa appellatione remota intelligitur non de initia; appellatione, sed de iusta quia procedere sententia iniusta & fruenda appellatione quilibet iudex potest: quod senxit Manuel. Rodriq. tom. 1. regular. quæst. quæst. 18. art. 13. Tertio facultas data Episcopo creandi nouam dignitatem in Ecclesiæ, cunctur data sine confessu Capituli. Quarto mandatum Ponitatis de confessando beneficio in certa Ecclesiæ, protendit v[er]e ad canoniciatum, si in ea Ecclesiæ non sint alia beneficia. Quinto, si princeps concedat alium ius inquirendi, & animaduertendi in aliquos homines, intelligitur de his, in quos inquirere, & animaduertere alioqui non potest. Sexto, si concedat, ut agnoat deficere, quæ aliqui ante poterat, intelligitur, ut de his deficitis procedere queat, etiam fama publica non precedente. Adde quando priuilegium solum concederet id, quod iure communis concecum esset, recte poterat vocari priuilegium concessum, non quidam noui iuri, & facultatis, sed eisdem, etiam habita novo titulo, quæ concessio novo titulo facta, reputari potest priuilegium, ut docet Suar. lib. 8. cap. 22. num. 3. Baldus verbo priuilegium, n. 3. Bonacina disp. 1. quæst. 3. panell. 4. num. 1. Deseruit autem hæc concessio, ne per simplicem proportionem impediti possit illius vius, sed necessaria sit reuocatio priuilegii concessi, ut alii relatis docuit Suarez. supra

4. Dixi in definitione, priuilegium concedere speciale aliqd beneficium ut excluderem a ratione priuilegii leges omnes penales, quæ licet in defensione aliquarum personarum, ut immunitas Ecclesiæ latet sine priuilegiis, naturam non obiciunt quia non per se concedunt beneficium, licet ex impositione pena & delinqutienti punitione aliquo modo reficiat, sic Salas f[ac]t. 1. num. 2. & scđ. 2. num. 17. cum Vasquez disp[onit]. 15. cap. 3. num. 19. Suarez lib. 8. cap. 6. num. 6. vbi optimè notant non esse priuilegium decretum, quo aliqui excluduntur ab aliqua congregacione, & collegio ob defectum aliquam: qui licet dectetur, cedat in favorem communis, quia tamen hoc non est per se, sed ex consequenti siquidem materia illius decreti non est favor, sed pena & privatio; ideo non est priuilegium; sicut nec priuilegia dici debent decreta Ponitatis, quibus aliqua genera personarum ab ordinibus suscepiebant acceperunt, nullum enim beneficium tali statuto aliqui dicentes confertur.

5. Ex his constat, quare priuilegium à lege, à dispensatione, à grata, & rescripto differat. Differit enim à lege principi, quia lex respecti ius commune, & publicum; priuilegium ius speciale, sic Vasquez disp[onit]. 15. cap. 1. num. 2. & 3. Secundo quia lex semper attingit ad sui obseruationem eos, in quos sunt, priuilegium à legis obseruatione excipi priuilegium. Tertio lex aliquando imponit penam transgressoribus, priuilegium non item.

Differit autem à dispensatione, quia latius patet, quam dispensatio: dispensatio enim semper est alius legis, & priuilegium non semper dispensationem legis continet; quando scilice priuilegium non est aduersum ius communis, sed præter illud. Item à dispensario ad unum solum actum conceditur, v.g. ad mitram excommunicationem, vel irregularitatem, vel impedimentum matrimonii tollendum; & tunc certe talis facultas dici in tigore non potest priuilegium, quia non est priuata lex non enim ad modum legis permanet, sed patens ad modum precepti transiit auctoritate facultas per priuilegium concedatur, et hoc aliquo modo parvans & stabile. A grata autem, & beneficio Principis differit; tanquam inferius a superiore omne enim priuilegium gratia est, & beneficium Principis: at non omnis gratia & beneficium priuilegium est, sicutdem datar gratia, qualis est abolitio aliius excommunicationis iuris, & dispensatio aliius irregularitatis, quæ priuilegium non est. Denique dicitur priuilegium à rescripto, quia rescriptum, si omnia proprie attendamus, significat responsum Principis scriptum ad decisionem aliius dubius iuri vel iuri, in quam communis, vel specialis: ac proinde à priuilegio effundit discessum, quod non constituit ius sed potius regulatice à iure eximit. Verum communiter iam rescriptum sumitur pro scriptura, qua gratia, vel iustitia aliius conceditur. Re-

scriptum iustitiae est rescriptum datum, ut ius aliius feratur ac proinde priuilegium differt multo ab illo, quia priuilegium gracie, non iustitiam continet. A rescripto autem gracie differt, quia sapientia hoc rescriptum pro solo uno actu conceditur, ut contingit rescriptis dispensatiis, aliius impedimenti canonici & inhabilitatis. Rescriptum autem quod priuilegium continet, facultatem ad plures actas concedit. Item rescriptum gracie, sapientia est aliius gracie quod factum, non quod ius: hoc est, est aliius gracie quæ constituit in facto esse, seu quæ uno facto complextur, ut contingit in rescriptis concedentibus beneficia, dignitates, & officia. At priuilegium propriæ est facultas aliquia gracie, quæ non absorberet uno facto sed relinquat facultatem exercendi actiones plures iuri communi contrarias, vel saltem distinctas.

## P V N C T V M II.

Quotuplex sit priuilegium.

M Vlplex est priuilegium, aliud reale, aliud personale, aliud remuneratorium, aliud gratiosum, aliud purum, aliud sub conditione. Aliud ob bonum commune, aliud ob iuriatum, aliud favorabile, aliud odio summi aliud temporale, aliud perpetuum, aliud scriptum, aliud non scriptum. De quibus omnibus signillatum est dicendum.

## S. I.

De priuilegio personali, & reali, quid sint, & quæ ratione distinguuntur.

1. Explicatur utrumque priuilegium.
2. Duo notabilia inferuntur pro clariori intelligentia superioris doctrina.
3. Priuilegium concessum alii ob aliquam illius excellentiam, quando confessio, reale, quando personale.
4. Apponitur quadam limitatio.
5. Quid quando est dubium, an sit reale, vel personale; Placet aliquibus debere intelligi personale.
6. Sub distinctione responderetur.
7. Si tibi probabilitas sit esse priuilegium personale, & non reale, ramets Suarez & alii sentiant te debere stare parti majoris probabilitatis: at secundum potes probabili parti adhucere.
8. Si tibi possidenti priuilegium, ut reale, fabriqueris dubium, sitne personale, neque potes vincere, reale poteris reputare.

1. Primo dividitur priuilegium in personale, & reale, secundum omnium sententiam ex l. priuilegia ff. de regulis iur. ibi Priuilegia quedam causa sunt, quedam persona. Et cap. mandata de presumptionib[us] dicitur: non loco tribuum, sed per sonos. Personale priuilegium est, quod persona ratione ipsius conceditur. Reale, quod persona conceditur ratione aliius tei ab ipsa distinctus; semper enim priuilegium sive personale sit; sive reale personam respicit, quia sola illa capax est favoris, & beneficii per priuilegium concessi: at quia hoc beneficium loco, officio, dignitate, aliiusque similibus solet accediti priuilegium tunc reale dicitur quia immediate tei conceditur, & ratione illius personæ. Hæc distinctione est maximè adgettanda ob directos effectus priuilegii personalis, & realis. Nam priuilegium personalis cum persona finitur cap. priuilegium de regulis iuris, in 6. l. vniuersitatis, & ne antem cap. de cadiis solendis, l. cum quis 55. l. fin. ff. de verbis obligat, & finitur. In ista de iusta fructu. Priuilegium vero realiter durat tunc eo tempore, quo durat res, cui annectitur. l. Imperatores ff. de publicani & traditi, alios referens Ioannes Gatica de nobilitate, glossa 6. num. 2. 8. versc. 3. Gutierez de gabellis, quæst. 1. 66. num. 3. Barbosa in I. quia rati. 24 ff. soluto matrimonio, num. 77 fine, Donelli de iure eligendæ, l. 15. clement. cap. 1. Res aurent, quibus soleat accediti priuilegium reale, sunt in dupli differentia: alia vocantur corporea, alia incorporea. Corporeas vocant Ecclesiæ, monasteria, agric. alia que similia. Incorporeas, Episcopatus, Clericatus. Doctoratus officium, & manus iudicis, ioharis, militis. Quandocumque ergo priuilegium aliius fuerit concessum ob aliquam rem, & qualitatem: ex his supradictis, priuilegium reale dicendum est.

2. Ex quo sit primo priuilegium concessum religioni, vniuersitati, ciuitati, collegio, monasterio, ut ipsa communitas, quatenus talis est, illo statut. priuilegium reale propriè dici debet quia tunc non deicendit ad singulares, petitiones, sed ipsi communitatibus, quia talis est. conceditur. Tunc etiam, quia de se est priuilegium perpetuum, sicut ipsa communitas de se perpetua est proponitur. 79. ff. de iudicis. Que est ratio sufficiens, ut priuilegium reale dicatur. ex l. foras, §. quamquam ff. de censibus. Si vero priuilegium communitatisti sit, con-

cessum, ut singuli ex illa communiate illo frui possint, etiam repto priuilegium reale dici debere; quia icto descendat ad singulares personas, non qua tales sunt, sed ob qualitatem communem sibi adhaerentem, scilicet, quia sunt ex tali communitate.

In secundo priuilegium concessum minoribus, & absentibus, ut in aliquibus caibus instituti possint, & priuilegium concessum filiis familiis, ne ratione mutui possint obligari, & concessum formis, ne pro fidei confessione obligentur priuilegium reale dici debet; quia illas personas singulares recipiunt, non qua tales sunt, sed ratione qualitatis communis illis adhaerentes: & in his omnes ferè Doctores convenient, ut videtur est in Azor lib. 5, cap. 22, quæst. 2, & seqq., Salas dis. 17, secl. 2, à num. 6. Suarez lib. 8, cap. 3, à num. 3. Basili de Leon lib. 8, de matrimonio, c. 18, à num. 4, & num. 6.

3 Difficultas autem est, quando priuilegium alicui persona conceditur ob aliquam illius excellitatem? Verbi gratia, ob labores in bello factos, ob ingentem victoriam, ob singulariter scientiam; an tunc priuilegium illud sit personale, vel reale? Et quidem si priuilegium illud ob materiæ incapacitatem, ad successores, vel hæredes illius transire non potest, priuilegium personale erit; quantumcumque verba aliud indicent; quia verba debent rebus accommodari: sic ex Panormi, Anchastri & aliis docet Suarez lib. 8, de legibus, cap. 3, à n. 13. Menochius lib. 1, presumpt. 103, num. 1. & 16. Bellinus cap. 18, §. 1, num. 6. Sanchez lib. 8, dis. 27, num. 3. At si priuilegium illud ad successores, vel hæredes transmitit potest, tunc, inquam, attendenda sunt verba, quibus priuilegium conceditur, ut ex illis intentio concedentis colligatur. Nam si verba priuilegij diliguntur ad dignitatem, officium, & munus illius personæ, quod munus, & dignitas ad successores translati, regulariter priuilegium reale iudicari debet, ad successores transmitiri. Ut si dicit Princeps, Concedo Episcopo Salmanticensi, Comiti Benaventi, Duci Sidoniæ hanc, vel illam facultatem, &c.

Dixi regulariter, quia ex verbis, & materiæ priuilegij, potest conflare non sive priuilegium concessum dignitati, sed persona, etiam persona nominata non fuerit. Ut si Episcopo Salmanticensi concedatur potestas aliqua dispensandi, & addatur in priuilegio, id hæc concedi oboeius prudentiam, & singulariter scientiam, & sanctitudinem, concessio personalis erit, neque ad successores transmittenda: ut multa allegatis docet Thomas Sanchez lib. 8, de dispons. dis. 27, num. 3, & probatur falso ex cap. mandato, de presumpt. 103, num. 1. Verum si dicit: Concede tibi Petro, Francisco, &c, regulariter personalis priuilegium est reputandum: tunc quia concessio ad personam dirigitur: tunc quia non nominata officium, cum possit: ita Panormianus, & Felius in cap. quoniam Abbas, de officio delegati, glosa in cap. tuis, de his, quia sunt a proximo, & c. 25, quæst. 2, in princip. Baldus in cap. 1, de his, qui feudum dare possunt, & Marchio, num. 4.

4 Limitanda tamen est hæc doctrina, nisi addantur aliqua verba, quæ perpetuitatem, & transmissionem priuilegij ad successores denotent: tunc enim reputandum est priuilegium, non persona singulare, sed officio, vel familia concessum. Ut si priuilegium dicat tibi, & successoribus tuis hæc facultas conceditur. Et idem est, si diceret: Tibi in perpetuum concedo hanc facultatem, ratione illius particularis, in perpetuum, ac successores priuilegium transfir. Nam si ad successores non transferri priuilegium, nihil illa particula operatur, sed effectus inutilis, & frustrans: quod in legibus, & priuilegiis omnino vitandum est, ut deciditur in cap. si Papa de priuilegiis, in 6, ibi, cum verbis aliquid operari debant, & l. 3, in princip. ff. de iuricand. nec frustra adjicetur. Quid adeò veram est, ut etiam quælibet syllaba aliquem effectum debet fortiri: & tradit Stephanus de litteris gratiae, tit. de vi, & effectu classis, §. 1, num. 6. Simon de Pratis de interpret. olim, volume lib. 2, interpret. 3, dub. 2, foli. 4. & glosa cap. 20, de maior. & abd. verb. tamquam. Sed ex eo precise, quod priuilegium dicat: Concede tibi hanc facultatem, sine vita temporis restringone, intelligitur tibi concessio toto tempore vita tua. Ergo ut aliquid operari, particula illa in perpetuum, ad successores debet extendi. Non que obstat concessio tibi tantum esse factam, quia tibi tantum est factus sub expressa nomine, & successoribus, sub nomine implicito, & virtuali: sic Folia, in cap. quoniam Abbas, de officio delegati, n. II. Suarez lib. 8, cap. 3, num. 12. Basili de Leon lib. 8, cap. 18, n. 5. Menochius de presumpt. lib. 3, presumpt. 103, n. 38. Ioan. Garcia de nobilit. glosa 1, §. 1, n. 15. Neque obstat l. 1, ff. pro socio, vbi contraetus societas, esti dicatur status in perpetuum, non extenditur ultra vitam, quia non possunt socij obligare hæredes ad societatem, ex L. 1. dubius, §. 2, §. idem respondit, l. ad e. 60. ff. pro socio.

5 Sed inquit, quando possunt verba priuilegij, & illius materia dubium est, an priuilegium reale sit, an personale, quod reputandum sit; verba enim priuilegij simul & ad personam, & ad officium dirigi possunt. Ut si dicit priuilegium: Concede tibi Episcopo Salmanticensi facultatem, & c. illa enim verba tum ad dignitatem, tum ad personam diriguntur, am-

biguimque sensum reddunt, an ad personam ratione ipsius vel ratione dignitatis dirigantur: quid ergo dicendum iure est? Aliquis videtur reputandum esse priuilegium personale, quia duplice presumptione concurreat, alia specialis, alia generalis, prævalens specialis, ut ex multis probat Menochius de arbit. lib. 3, cap. 472, num. 14, & de presumpt. lib. 1, quæst. 29, n. 7. Sed personalis presumptione magis specialis est, quam realis. Ergo pro personali in causa dubio standum est: sic tenet relato Decio cap. quoniam Abbas, num. 16, de officio delegati, in noua editione. Thomas Sanchez lib. 8, de matrimonio, dis. 2, num. 4.

6 Verum sub distinctione respondentium censeo. Si priuilegium est omnino favorable, quia nec iuri communis, neque iuri terciij contrarium est, reputari debet reale in causa dubio, & extendendum, sic et Bart. & Bald. Barbofa, Rodriguez, & alii docet Suarez num. 18. Bonacina dis. 1, de legibus, quæst. 3, punct. 1, num. 7, & innumerous refutens Thomas Sanchez lib. 8, de dispons. dis. 1, num. 1, in fine, & num. 4. Basili de Leon lib. 8, de matrimonio, cap. 18, §. 2, n. 7. Ratio est, rum quis beneficium Principis late est interpretandum, ex l. 1, ff. de confit. Principi, t. m. etiam, quia beneficium concessum à Princepe debet eti manum utrum, ex reg. decet, 16, de regul. iur. m. Verum si priuilegium iuri communis derogatur tantum, esti plures Doctores sentiant facere interpretandum esse, ac prouide, ut reale iudicandum: at metu Thom. Sanchez pluribus relatis, Suarez, & Bonacina, Basili, sup. sententia limitandum esse, & personale iudicandum. Et ratio defluit ex cap. 1, §. ille verb. de suis presbyterorum, in 6, vbi ea de causa restringitur dispensatio illegitimi, quia a iure communis exorbitat. Si autem priuilegium pateri iuri communis fit, virgit tamen in predictum aliquum, ea parte, quia in predictum virgit, illuc est interpretandum, ac prouide reputandum est tunc personale, & non reale, si Sanchez, Bonacina, Suarez, & alij apud p. os. Debet tamen predictum graue esse, alias non debet in considerationem venire; sic ex gloss. fin. cap. olim, de verb. signific. & alii, docet Sanchez supra num. 4, circa finem. Necque obstat aduersus hoc, etiam reguili illa, quod presumptione specialis generali transeat, quia hoc intelligitur, quando specialis generali opponitur. Secus vero de presumptione speciali, quæ si generali transeat, fautoribus erit.

7 Adiuertit tamen Suarez, & Bonacina supra: si tibi maius probabilitas est, priuilegium personale esse, & non reale, vel reale, pro parte maioris probabilitatis statu debes, etiam si probabile judicis oppositum, quia illa maior probabilitas est quedam moralis certitudine, & minus iuri confert: ac prouide non solim in foro interno, sed exercito se iudicandum est. Verum, ut constat ex dictis in tract. de conscientia probabili, esti ubi sententia aliqua probabilis apparet, non tenuis illi adhucere, sed p. obalil in legi potes: tunc quia non est certum illi sententiam, quæ tibi probabilis apparet, esse probabilem: ab aliis, enim, ut minus probabile inadiebat, ac pion de capite dix Suarez lib. 8, de legibus, cap. 3, circa finem sententiam probabilem sequendam est, si ex suis probabilitatis certus sit quod f. r. est impossibile: tunc etiam, quia id quod vere est probable, in ceteratione, quia probabile est, prudenter illi conformas. Ergo non tenuis probabilem patrem sequi.

8 Adiuertit secundo, si tibi possidenti priuilegium, ut reale, subordinatur dubium, an fuerit personale, & te diligenter examinata, dubium, necre non potes, reale esse poteris reputare, iuxta vulgariter regulam. In dubius melior est consuetudo possidit, si Bonacina, & Suarez supra.

## §. II.

## De priuilegio perpetuo, &amp; temporali.

- 1 Explicatur priuilegium perpetuum, & illius conditiones.
- 2 Explicatur temporale, & quoniam priuilegium contingat.

1 Secundum diuiditur priuilegium in perpetuum, & temporale. Priuilegium perpetuum est, quod durat perpetuum potest, nisi a concedente reuocetur. Temporale est, quod de se tempore limitato finitur. Priuilegium perpetuum semper est reale, ac pionde tunc solim contingit, quando adhuc rei de se perpetua, & concessum est ubi quæ via temporis limitatio. Sic dicitur priuilegium perpetuum, quod conceditur monasterio, Ecclesiæ, alioquin loco pio, quia hæc loca de se perpetua sunt, cap. quæst. 19, quæst. 3, in c. m. quod vocatur, collegio, & religioni p. est concessum; quia communitas illa a tempore manet, eti singulares finiantur. Idem est de priuilegio concessum dignitati, officio, & materiæ, quod ad locos successores transit, quia successione ipsa perpetuatur, & durat.

2 Priuilegium autem tempora templicites contingit. Primum ex parte eius cui conceditur. Secundo ex parte concedentis. Tertium ex parte ipsius priuilegij. Ex parte eius, cui conceditur, contingit;

contingit, si personæ tantum concedatur, quodque vocatur priuilegium personale, singulare. Nam licet hoc aliquo modo dici possit per perpetuum, sicut exilium pro tota vita perpetuum dicitur: comparsatione tamen facta cum priuilegio alio reali perpetuo temporali est, quia pro tempore signato, qualis est hominis vita, durat; hac enim finita, & priuilegium finitur, ex cap. privilegia, de regulis iuris, in 6. & I. priuilegia, l. in omnibus causis, ff. eodem. Ex parte concedentis est priuilegium temporale, quando pro sola eius vita conceditur, vel pro limitato tempore. Nam licet priuilegium, quia gratia est, & favor, non finitur de morte concedentis, quando absoluere conceditur, ex cap. gratiam, de offic. delegat. & c. super gratia, eadem sit, in 6. At si concedens limitauerit intentionem suam, ut solùm pro tanto tempore, vel pro sua vita vim habeat, ultra illam extendi non poterit, quia non potest excedi priuilegium vita intentionem concedentis illud. Quando verò hoc censatus coegerit, ex verbis ipsius priuilegij defunduntur est, & nos explicabimus, cum de cessatione priuilegij loquimur. Ex parte vero priuilegij est temporalis, si concedatur sub aliqua conditione, que lapsu temporis finitur: nam ultra illam extendi non poterit, quia non extenditur priuilegium ultra intentionem concedentis illud.

## S. III.

De priuilegio gratiose, & remuneratorio, conuentionali, & puro.

1. Explicantur hac priuilegia.
2. Quodlibet ex his priuilegiis potest esse reale, & personale.
3. Proponuntur aliquor obiectiones.
4. Solvuntur.
5. In casu dubio, an hac censenda sint priuilegia personalia, an realia.

**T**ertio diuiditur priuilegium in gratosum, & remuneratorium. Remuneratorium priuilegium dicitur, quod aliqui concedunt in premium, & satisfactionem meritorum suis, vel suorum parentum, vel consanguineorum. Gratosum vero, in quo non habetur respectus ad illa merita tanquam merita. Concedens enim priuilegium dupliciter se getere potest in illius concessione. Primo purè, gratiore, cui gratia non obstat respectus ad merita priuilegiati, tanquam ad causam impellentem, & mouentem ad concessionem; obstat tamen, si recipiat merita, tanquam merita, & premium; pro quibus, & in quorum satisfacionem, & premium intenduntur priuilegium concedi. Si ergo priuilegium merita, ut merita non recipiat, est priuilegium gratiosum: si autem illa, ut merita spectet, & priuilegij concessionem velit illa remunerari, & quodammodo sacrificare, constitutus priuilegium remuneratorium; in hac enim explicatione omnes Doctores conuenient.

Quarto, diuiditur priuilegium in conuentionale, & purum. Conuentionale autem priuilegium, ut ex ipsis terminis constat, est, quod ex conuentione, & pacto conceditur. Non conuentionale, seu purum, quod omni conuentione, & pacto cetero.

Dicere conuentione priuilegio stat, quia quae debentur ex conuentione, sunt debitis priuilegiis autem est gratia, ut diximus: gratia autem debito opponuntur. Ergo.

Respondeo, de ratione priuilegij, solum est facultas alicui concessa extra id, quod à iure habet, quae de gratia est: quod autem haec facultas, & gratia concedatur ex debito, vel ex liberalitate, nihil interest ad priuilegium: ut bene dixit Suarez lib. 8. de priuilegiis, cap. 4. n. 9.

5. Sed inquires, an quodlibet ex his priuilegiis possit esse tale, vel personale?

Respondeo: & posse esse reale, & personale, quia sive purè, sive ex pacto, sive in remuneracionem, sive gratio è priuilegium concedatur, potest concedi personæ, vel officio, limitato tempore, vel in perpetuum. Ergo ex se indifferens est, ut iuri competit, vel reale, iure at tendenda sunt verba priuilegij, & materia circa quam veritat, ut inde colligatur, an priuilegium reale sit, vel personale.

3. Sed objicies, quia priuilegium remuneratorium non videtur posse esse reale; contra vero priuilegium conuentionale non videtur esse posse personale. Ergo supradicta doctrina non subsistit: quod autem priuilegium remuneratorium non possit esse reale, hoc est, ad facetas, & successores transire, inde probatur: quia ad ipsos non transirent merita, ob quæ potest priuilegium est concessum. Ergo neque priuilegium transire, quae remuneret. Ergo vbi non haberet merita, quae remuneret, priuilegium remuneratorium esse non potest. Et confirmo ex l. 69. ff. de regulis iuris, ibi in omnibus causis id observatur, ut vbi persona conditio locum facit beneficium, ibi deficiente ea, beneficium quoque deficiat, & ex l. 1. ff. de coniunctis. Princip. vbi Vlpiian. dicit, Quia Princeps alicui ob merita inausit, vel si quam

pnam irrogavit, vel si cui sine exemplo subuenit, personam non egreditur. Ergo priuilegium concessum ob merita alicuius, illius personam egreditur: siquidem conditio ipsius locum fecit beneficium, ac proinde ea deficiente, beneficium defecere debet. Quod autem priuilegium conuentionale personale esse non possit, inde probatur, quia fundatur in pacto, & non in persona, & ratione pacti neque ab ipso concedente reuocari potest. Ergo est priuilegium reale, & de se perpetuum.

4. Facili est horum solilio. Dico ergo priuilegium remuneratorium non exigere actu merita, quando est, sufficit, si aliquando praecesserint; propter merita enim præterita tibi priuilegium remuneratorium concedi potest; in modo propter merita tuorum parentum, vel confangutiorum: illa enim merita in te remunerantur, & illud priuilegium remuneratorium est, non tuorum meritorum, sed aliorum, quia tibi applicantur.

Ad confirmationem desumptam ex regul. 69. concedo, vbi persona conditio locum facit beneficium, taliter, quod beneficium à conditione personæ pendas in eis, & conferuari, deficiente ea, beneficium quoque deficiere. Quia tunc est priuilegium personale, qualitatem personalem recipiens. At qua lex personæ conditio locum fecit beneficium, quod beneficium non dependet in sui conseruatione à conditione, quæ illius fuit occasio; ideo tale beneficium non semper finitur deficiente persona, sed ad successores transire potest. Ad legem illam primū concedo priuilegia, quæ Princeps alicui ob merita induxit, vel gratis donauit, personam illius cui sunt concessa, non egredi; per consequentiam, inquit, similitudinem, & exemplum, quia in regul. 74. de regulis iuris, m. 6. dicitur, Quod alicui graciore conceditur, trahi non debet ab aliis in exemplum. Hec tamen non obstat, quoniam per identitatem possunt personam egredi, & ad successores transire. Quod si recte expendatur, non est propriè egredi personam, cui sive priuilegia concessa, siquidem à principio non fuerunt vni, & singulare personæ concessa, sed multis, scilicet omnibus ex familia, vel successoribus in dignitate. Alia vero obiectio de priuilegio conuentionale difficultatem non habet. Concedo ergo priuilegium conuentionale fundari in pacto, tanquam in occasione, & causa, ob quam et concessum: non tanquam in fundamento, cui annexatur ipsa concessio, est enim pactum occasio concessionis, non materia illius.

Sed ulterius inquires, quid in casu dubio censendum sit, an priuilegium reale, an personale. Et quidem de priuilegio conuentionali regulariter censendum est reale, ex l. 1. ff. de iure immunitatis. Ratio est, quia huiusmodi priuilegium rationem contractus sorbit, qui regulariter ad hæc transit, ex l. 1. ff. de iure immunitatis, & p. 103. num. 21. Barbola in ligna tale, ff. solito matrimonio, num. 6. ad finem. De priuilegio autem remuneratorio censio probabilis in casu dubio personale esse, quia merita, in quibus fundatur, personalia sunt: sic Menochius plures referens supra num. 12. Barbosa num. 6. Basil. lib. 8. cap. 18. §. 1. num. 9.

## S. IV.

De priuilegio affirmativo, & negativo, communi, & singulare, favorabili, & odioso.

1. Explicantur affirmatum, & negatum, & quomodo distinguuntur.
2. Priuilegium commune, & singulare expenditur.
3. Favorabile, & odiosum declaratur.

**I** Vintò priuilegium sicut & lex, & præceptum diuidi faciet in affirmatum, & negatum. Diuisio est ratione materialis priuilegij. Affirmatum priuilegium vocatur, quod facultatem concedit ad aliquod efficientum & negatum, quod concedit facultatem ad omitendum. Multipliciter autem haec differunt. Primum differtur, qui priuilegium affirmatum aliquando est contra ius commune, aliquando est præter illud, quia in actione constitit, quæ potest esse, & iuri communi aduersa, vel saltem ab illo non concessa: si priuilegium concessum ingrediuntur monachorum monasteria, est contra ius commune, & priuilegium lucrandi indulgentias, eligendi Confessorum præter ius commune. At priuilegium negatum semper est contra ius certum, vel saltem dubium; quia esse non potest priuilegium, nisi concedat facultatem alias non habenti: at quilibet haber potest omittendi ea, ad quæ facienda nullus iuri tenetur. Ergo ad haec omittenda non darur priuilegium. Dixi, contra ius certum, vel dubium, ut comprehendenderem omne priuilegium, tam declaratum facultatis, quam concessum illius, quando enim ius dubium est, & non obligat nisi ex ignorancia, & scupulo alicuius: non priuilegium, quod illi conceditur, non est propriè priuilegium, quia non est concessum alicuius facultatis alias non habenti, sed est declaratum facultatis incognita, quam habebat. Hinc est secunda differentia priuilegij affirmativi à negativo: quia negatum semper

semper est oppositum positio p̄ceptio : at affirmatum non semper est oppositum p̄cepto , & quando ei opponitur , negatio p̄cepto opponitur. Alij tertiam differentiam addant , quia priuilegium negatiuum amitti non potest per non v̄lum , seu omissionem ; securus verò affirmariunt. Quod verum habet , si non v̄lus intelligatur de non v̄lu , seu omissione legis communis , quia per talem omissionem , & non v̄lum legi priuilegium seruat. Quomodo ergo amitti potest ? At si intelligatur de non v̄lu , & omissione ipsius priuilegii , potest sicut & affirmatum priuilegium deripi.

<sup>2</sup> Sextò diuiditur priuilegium in commune , & singularē. Voco priuilegium commune , quod ob saecūlū boni communis , immediatē conceditur. Singularē , quod ob bonum aliquis singularis est immediatē concessum. Norantes apposui particulam immediatē : nam omne priuilegium , sive concessus communari , sive concessum singulari personæ , semper est ob finem communis boni ultimātē , quia ad bonum commune spectat priuilegia indigenibus , & demeritis concedi : sed non obinde debent dici priuilegia communia , & ob finem boni communis immediatē concessa , sed singularia & quia licet nullis concedantur , culibet tamen conceditur , quatenus talis est. At priuilegium quod ob finem boni communis immediatē conceditur , p̄mō , & per se communari conceditur , & inde ad singulos derivatur , non qua singuli sunt , sed qua partes sunt illius communari. Exemplum est manifestum in priuilegio concessio clericis , n̄ ad tribunal seculare trahatur , quod est concessum statu clericali primo , & inde ad quoslibet clericos derivatur , quacunq; paries sunt illius status. Hic ergo priuilegio communī nemo potest renunciare , ex cap. si diligenter , de foro competente , contingit , de sententi , excommunicatio . Et ius publicum si de paciō , quia nemo potest renunciare , quod sibi directē concessum non est , et illo fruatur , bonum eam commune pendere non debet à cuiusque voluntate. Item ipse non potest renunciare esse partem illius communari , cui concessum est priuilegium. Ergo nec priuilegio o , quod illi agunt , quatenus est pars , & membrum communari. Priuilegio autem in communitate viuisque introducto cedere qui quis potest , ex cap. ad Apostolicam , de regularibus , l. si quis in conscribendo , C. de paciō , tum quia non decet beneficium iniuste concedi : tom & praecepit , quia si in communitate ipsius est priuilegium , ipse constitutus illius dominus , ac prōinde renunciare poterit. Limitata tamen est haec doctrina , nisi priuilegium concessum in gratiam viuis , respiciat etiam communitatem alterius , & vnum ab alio separari non possit , quia tunc ab uno tam non poterit renunciari , alias poterit renunciare priuilegium alterius. Quia ratione dicitur vxori non posse renunciare priuilegio senatusconsuli Velleian , non se obligandi fideiustione sine coetus mariti ; quia tam in favorem vxoris , quam mariti hoc priuilegium est vxori concessum. Idem est , si priuilegium concessum in favorem cui , esset etiam directē concessum in vindictam alterius ; quia una tali priuilegio renunciare non possit , eo quod non possit intentionem legislatoris , que tunc concessum non respiciat , impetrare sic Bonacina disputatione , q. 3. punct. 1. num. 10. Suarez lib. 8. cap. 7. à num. 1. Salas disputatione , I. 7. sed. 2. num. 24.

<sup>3</sup> Septimus diuiditur priuilegium in favorabile , & odiosum. Favorabile est , quod ita fauorem coninet , ut nemini incommodum aferat. Tale est priuilegium audiendi Missam tempore interdicti , vescendi laetacionis , vel carnes tempore Quadragesima , faciendo testamentum sine iuris solemnitate , & alia similia , haec enim est obseruatione iuris communis opponatur ; quia tamen etiam specialiter praedictum afferunt , favorabilia priuilegia absolute absenda sunt. Odiosum vero priuilegium coniūta dicuntur , quod ita fauer priuilegio , ut simul alteri nocet : tale est priuilegium quo exemplares ad decimalum solutionis nocte enim illi quidem debentur , eti tibi proficit . Item priuilegium , quo capax es habendi plura beneficia , cedit enim in prædictum aliorum. Simile est priuilegium concessum ad lites & maximē si datur , ut procedat iudex , appellatione remota , quia haec omniū eti tibi fauente , alii damnatio sunt , sic Panormi in cap. quia , de priuilegio . Et cap. olim , de verb. signific. Bald. in l. ff. de consit. Princip. Tiraquell. de utroque retraictu , in prefat. num. 6. Azot. lib. 4. cap. 23. q. 2. Bonacina disputatione , q. 3. punct. 1. num. 1. Suarez lib. 8. cap. 6. num. 5.

## S. V.

## De priuilegio scripto , &amp; non scripto pro foro conscientia , &amp; externo.

<sup>1</sup> Quid sit priuilegium scriptum , & an transumptio fides habenda sit ; quid non scriptum.

<sup>2</sup> Confutandū comparari potest priuilegium.

<sup>3</sup> Proponitur quadam obiectio , & solvitur.

<sup>4</sup> Explicatur priuilegium pro foro conscientia , & pro foro externo.

<sup>5</sup> An priuilegium pro foro conscientia intelligatur pro foro sacramentali ; approbatur non intelligi.

<sup>6</sup> Inde neque concessum pro foro conscientia importat necessarium forum sacramentale , quidquid contra statutis Sanchæ & alij.

<sup>1</sup> O Credo diuiditur priuilegium in scriptum , & non scriptum. Scriptum priuilegium est , quod per scripturam conceditur. Debet autem scriptum esse authenticum , & obligatum Principis sigillo , vt fidem saltem in foro externo faciat. Si autem velis transumptum aliquod deducere , debes citare patrem , cuius intercessio , alia nullam fidem facit transumptum , sic deducatur ex originali.

At si priuilegium nulli specialiter opponitur , debes editio generali vocare ; si aliquis forte est , cui intercessio tale priuilegium ut compareat ad contadendum , sic Coutar , q. præc. cap. 2. circa finem. Baptista de Salas in fin. verbo priuilegium fol. 19. col. 1. Emanuel Rodriguez , q. regul. q. 8. art. 16. & probant omnes , ex cap. Albericus de rebib. Verum post Clementem V. fecit semper in omnibus priuilegiis specialiter religiosibus conscriptis , apponunt Pontifices claustrum , ut transumptum etiam impensis habeatur integra fides , modo sine manu Notarii publici subscripta , & sigillo persona in dignitate constituta munita , ut videi potest in omnibus bullis. Imo Julius II. ut refer Emanuel Rodriguez , tom. 1. regul. qq. quatuor . 8. art. 16. vnum sufficere concessum , vel transumptum obligari manu Notarii publici , vel sigillo persona in dignitate constituta quod priuilegium non confutetur revocatum , at Eman. etiam Pontifices subsequentes utrumque ad fidem expostant , subintelligunt enim , nisi aliud sit specialiter concessum. Priuilegium non scriptum est , quod verbottenus à Principe est concessum , vel confundit interdictum. Supponimus modō ex dictis in puncto seq. scripturam non esse de substantia priuilegii , sed concessum Principis , quomodoconque manifestetur , sufficeret.

<sup>2</sup> Difficultas autem est , an huiusmodi consensus in consuetudine inveniatur , ac prōinde priuilegium consuetudine comparari possit ?

Respondeo cum communi omnia sententia posse , sic glossa in cap. super quibusdam . p̄t. a. et. verbo non extat , de verbis significatis . Et in cap. nouit. de iudicis , verbo consuetudinem , Et in c. conquestus . 9. q. 3. Innocent. cap. constitutis , de rite. Suar. lib. 8. cap. 7. a. n. 5. Bonacina disputatione , q. 3. punct. 1. n. 3. Salas disputatione , secunda . 2. n. 22. Ratio est , qui consuetudo legalis vim habet ab organi legem in totum. vñ in parte , si de communitate procedit , sed talis abrogatio vere priuilegium est. Si autem confundit non sit ab aliqua communitate , quia legem introduceste posse , sed ab aliquo familia , vel singulari personis , tunc idem est , ac præscriptio : præscriptione autem acquiruntur varia iura , & facultates , & iuris dictiones , ut constat ex cap. cum contingat , de foro competenti , vñ id notar. glossa , & Panormi. Felin. cap. auditus , n. 17. de prescriptione , cap. super quatuor . 8. & verbo de officio delegati , n. 17. Cassiniana in confutandū , Burgundia rubr. §. 6. verbo du prince , n. 13. Haec autem reputari debent , & vere priuilegia sunt. Consensus autem Principis ad huiusmodi confundendū legalem , & præscriptionem sub sequitur non requiritur. Sufficit enim datum in l. de quibus , ff. de legib. Et cap. vñ. de confusione , ut loquendū de confusione diximus. Quocirca omnes conditions , quia ad confusione legalem , vel præscriptionem requiruntur , et omnes requiruntur ad hoc priuilegium , siquidem media consuetudine legali , vel præscriptione debet introduci. Cum autem ad consuetudinem legalem , & ad præscriptionem ducenda conditions requirantur , ut constat ex (upradictis) de consuetudine , ad consuetudinem legalem diximus sufficere decimum , ad præscriptionem non semper , sed pro qualitate rei præscribendae. Ad consuetudinem introducendam non expolulatur bona fides , sed usus ad præscriptionem. Diversæ etiam conditions requiruntur ad priuilegium consuetudine legali , vel præscriptione comparatur.

<sup>3</sup> Sed objicis sequitur ex hac doctrina , quod reuocari alicui priuilegia , reuocari ea , quia consuetudine , & præscriptione comparavit ; siquidem rei , & proprii priuilegia sunt. Consequens autem communiter non admittitur. Ergo non sunt esse priuilegia.

Respondeo negando sequelam , & ad probationem dico , eti iura , & facultates consuetudine , vel præscriptione comparatae vñ. & proprii priuilegia sunt , quia tamen nomen priuilegii pro priuilegio specialiter à Principe concessio sumitur communiter : ea de causa in materia odiosa , qualis est reuocatio , non debent venire intelligenda , quia consuetudine , vel præscriptione comparata lunt , he docuit Salas disputatione , secunda . 2. n. 22. Bonacina disputatione , q. 3. punct. 1. n. 3. Suar. lib. 8. cap. 7. à num. 10. Et præcipue num. 15. Et fauent omnes illi , qui dicunt , priuilegium hoc esse presumptum , seu fictum fictione iuris , quos referunt Suar. si præ num. 6. Verum si sermo sit de augmento , & excusione aliqui fauabilis , optimè possunt consuetudines & præscriptiones sub nomine priuilegii comprehendendi , quia

qua vere sunt priuilegia: nulla appetet ratio, quare talis favor illius competeat nos posse.

4 Non diuino priuilegij in priuilegiis pro fato conscient & canticum, & in priuilegiis pro fato extero, est latis vata, & cognita necessaria. Priuilegium datum pro fato consciente tantum, ita prodest priuilegiato in illo fato, ut non possit in exteriori fato virtute illius operari, sed debet se exercita gerere, ac si nullo priuilegio gauderet. At priuilegium datum absolute, seu datum pro fato extero, non solum in illo fato prodest, sed etiam pro fato conscientie, nam fecurus in conscientia procedit, qui virtute talis priuilegij operatur. Quod intelligendum est quando vere priuilegium est, & non presumsum, i.e. subreptio acquisitum: nam tunc sit in exteriori fato videatur esse priuilegium; re tamen ipsa nullum est, sed solum presumuntur.

Dificultas autem est, an idem sit priuilegium datum pro fato conscientie, & pro fato penitentie; Negat Eman. Rodriq. item. 1. quisi. regular. qua. 61. art. 10. & Thom. Sanchez lib. 8. de matr. disp. 34. num. 29. hi enim Doctores distinguunt eam proposito cap. praeterea, el. 2. num. 5. & spon. alii. triplex fato: primo conscientiam; secundo penitentiale; tertio quasi penitentiale, quod est medium inter haec, quodque vocatur conscientie; quando ergo priuilegium concessum est pro conscientie fato, existimat si Doctores extra sacramentum penitentie & exerciti posse: at si concessum est pro fato penitentie, solum in fato sacramentali penitentiae ex rendendis offensis, affirmat his Doctribus, qua parte dicunt priuilegium concessum pro fato conscientie non expostulare solum sacramentale, cum multa ad conscientiam pertineant, que extra sacramentum exerciti possint, ut bene dixit etiam Nauart. lib. consil. 1. de pr. uigil. consil. 11. num. 2. in 2. editione, & in summo p. 27. rur. 41. Idem docet Eman. Saa verbo excommunicatio, ubi de absolutione, num. 1. Quare priuilegium pro conscientie fato concessum, solum importat viuum occultum illius momenti determinatum iudiciali fato, nullaque modo expostulante sacramentali confessionem, nisi materia priuilegij aliud inducit.

7 Difinatio tamca à Thom. Sanchez. Eman. Rodriq. & Prospicio, quatenus affirmant priuilegium concessum pro fato penitentie, seu penitentiali, importare confessionem necessariam. Penitentia enim Ecclesiastica sapientia extra confessionem sacramentalem imponitur, ut cum aliquis ab excommunicatione solenniter absoluatur, tali absolutione penitentiales est, & in fato penitentie datur, & tamen non datur in fato sacramentali. Quocirca forum penitentiae a fato conscientie in eo solum existimo distingundamus, quod forum conscientiae comprehendens quidquid ad conscientiam pertinet, quod non solum est remoto cuiuscumque malo, & peccati, sed etiam cuiuscumque boni concessio. Vnde enim illi conscientiae, non solam tollere ab illa mala, quae habet sed etiam fauores aliquos, & bona, quibus capax est, concedere. At fatum penitentiae solum comprehendit culpam vel malum aliquod, & vinculum, pro quo tollendo penitentia facienda est; cum autem hoc vinculum, & malum sapientia possit tolli extra sacramentum Poenitentiae, manifeste videtur inferri priuilegium concessum pro fato penitentie, non semper importare solum sacramentale, sed solum quando malum, quod tollendum est, alia via tolli non possit, quam per sacramentalem confessionem, quod malum solum est culpa, & peccatum, non censura, & pena; & ita docet Suarez, adducens Sylu. Rofellum, Antonium, & Tabien, lib. 8. de legibus, cap. 6. num. 15. insinuat Basilius de Leon lib. 8. cap. 1. num. 17. Quod adeo verum est (inquit Suarez) ut ciamsi induxit commitatur Sacerdoti confessio, vel qui audit confitentes, non debet ob id intelligi exercendum necessarium facimento penitentie, sed extra illud imponi possit penitentiam salutarem. Idemque esse in fato conscientiae innumerata penitentia salutari, ac in fato conscientiae, vel penitentie.

## §. VI.

De priuilegio ad instantiam partis, vel motu proprio concessio.

1. Que sunt haec priuilegia.
2. Probarine possit testibus priuilegium esse motu proprio concessum.
3. Clauſula motu proprio in priuilegio tollit vitium subreptionis, ex communis sententia.

4. Intelligitur, si nulla à te facta sit supplicatio.
5. Tametsi supradicta gratia careat vitio subreptionis, si est ex aliis capitibus infirmari.
6. Si concedens priuilegium exprimit in conciſione falſitatem, nullum est.
7. Quid si supplicationem facias diminutam, & concedens apponat clauſulam ex motu proprio & probabilis conſeo valere, esto doctissimus Suarez contrarium defendat.

I Iudicatur priuilegium concessum ad instantiam partis, quando propter instantiam priuilegiari, vel alterius, qui eius partes gerit, concedens, alias non concessus. Econtra vero illud dicitur motu proprio concessum, in cuius concessione Princeps à se ipso mouetur independenter à qualibet alia intercessione. Sed quia haec motio, & voluntas Principis constat non potest, sibi ipse cam declarat, imbibit enim iuris saltem negarium, ex nulli alio motu esse, cuius probatio moraliter impossibilis est: ea de causa nunquam ceteretur priuilegium, & gratia motu proprio concessa, nisi in ipsa concessione sic exprimatur: deciditur in cap. si motu proprio, de prebendis, in 6. Neque inde fit exclusi à tali gratia, & priuilegio petitionem priuilegiari poterat enim petuisse priuilegium & nihilominus priuilegium non ob eius petitionem, tanquam ob causam singularem, sed ex voluntate Principis esse concessum, quia concedit ex sua voluntate, sicut petitum est, non quia petitum est, & ita ex Baldio, Decio, Felino, & aliis tradit opimè Menochius lib. 2. de arbitris, centur. 3. casu 201. num. 79. Rebuff. in concordia in forma mandati Apostol. verbo motu proprio, versic. non an duci est, & praxi beneficiaria tui de mandatis Apostol. in clausulis mandatorum, num. 11. Thomas Sanchez lib. 8. de dispens. li. 1. num. 6. Suarez de legib. lib. 8. c. 11. n. 6. & talij apud praeceps Doctores.

2 Ex qua doctrina inferit bene Suarez, & Sanchez, supra, alios allegans, & Malcard. de proba, conclus. 845. num. 34. non posse testibus probari gratiam esse motu proprio concessum, quia non posse testi faciat de illa iurisaltem negarium, à nullo moueri Principem in concessione. At si Princeps semel id expressi, ut, & recipi um deperdat, possim telles depolare in illo apposita clauſula motu proprio, sic Sanchez supra, Malcard. num. 24. Adde etiam posse probari testibus, si gratia verbo tenus concessa fuerit, & telles deponerent concedentem dixisse se motu proprio concedere.

3 Sed inquire, an clauſula motu proprio apposita in priuilegio tollat vitium subreptionis.

Communis sententia affirmat tollere vitium subreptionis, que prouenire potest ex taciturnitate veritatis, alioquin necessario explicanda; scilicet vero ex falsa clauſula explicatione. sic Menochius lib. 2. de arbitris, centur. 3. casu 201. num. 80. Thomas Sanchez lib. 8. de dispens. disp. 11. num. 47. & 52. Mouentur, quia ex tacita veritate non colligitur, an concedens bene, vel male informatus gratiam proprio motu concesserit: at quando falsa clauſula motu proprio concessum est, & cum ex falsa informatione mouit sicut ad concessionem, concessum nullius momenti erit.

4 Ceterum dicendum est primò, si nulla à te, vel pro te facta est supplicatio, sed Princeps mouit est à priuilegium concedere, & in concessione nullam falſitatem exprimit, eti taceat ea, quia aliquia exprimenda essent, gratia firma est, neque viuum haber vitium subreptionis: sic Doctores supra relati, & tradit Suarez lib. 8. de legibus, cap. 12. numer. 14. & est expedita decisio textus in cap. si motu proprio, de prebendis, in 6. & Clem. si Romanus eodem rit. Ratio est manifesta, quia vbi nulla à te, vel pro te facta est supplicatio, nulla surreptio interuenire potest; ad sum, mun enim interuenire potest ignorantia ex parte concedentis, quae non debet praetulsi.

5 Nihilominus, esti gratia sic concessa vitio subreptionis careat: non infert semper firmam, & validam esse: potest enim ex aliis capitibus irritari. Primo enim irita redditur, si aliqui inhabiliti concedatur, ut si illegitimo, excommunicatio, aut irregulari concedatur beneficium, non impetrata prius dispensatione illius impedimenti: qui haec clauſula motu proprio tollit significat moueri concedentem, à te, & non ab alio in priuilegij concessione: non autem significat se dispensare in impedimentis, & inhabilitibus illius, ut glossa in supradicto cap. si motu proprio, verbo ob hoc per textum ibi. Rebuff. in concordia, isti de forma mātāi Apostolici, in clauſula motu proprio, in 6. 7. & 10. effectibus. Menoch. de arbitris, lib. 2. centur. 3. c. 1. 201. numer. 81. & 82. Thomas Sanchez lib. 8. disp. 21. quasi. 3. numer. 49. Suarez lib. 8. cap. 12. num. 14. fine. Secundò inabilitati gratia, si cedat in priuilegium tertii, quia non ceteratur concedens iuri acquistito derogare, nisi illius faciat mentionem: item si sit aduersus confitendum municipale, & consueviducem recipiat ob eadem rationem, sic Rebuff. Menoch. Thom. supra. Gigas de confessionibus quisi. 9. num. 4. & 5. & questi. 29. num. 4. & 5. in quibus alia exempla videari possunt, quia quia materiam de beneficiis Ecclesiasticis attingunt, omitto, latius in proprio tractatu dicto.

6 Dicendum secundò, si concedens priuilegium falſitatem exprimit

DE  
ASTRO  
PALAD  
TOM.  
I  
E  
N

exprimit in concessione, qua non exstante non solet priuilegium sic concedi, sive in illius salutario luctu occasio, sive auctio in meum concedens obueniret, gratia iurta reddetur, eto addat clausulam, *Motu proprio*; qua tunc non censetur Princeps concedere priuilegium, nisi quatuor incligent rem sic te habere. Cum ergo alter sit, ac p[ro]le existimat, efficitur non habere intentionem concedendi: & ex defectu intentionis gratia est irrita. Neque obstat se dicere proprio motu concedere, concedit enim proprio motu, possit veritate talis relations. Ex quo fit inualidam esse dispensationem concessam in impedimento confanguntur, si in tali dispensatione ipse Pontifex referat p[ro]uilliam p[ro]p[ri]etatem honoris, & innipiat mansuetus cum tamen hoc fallit, eto addat clausulam motus proprii, quia haec subtilitatem posita veritate supradictae relationis, quae cum non sit, non subtilit[er] concessio. Idem est in collatione beneficij Ecclesiastici, cuius valorem falsu expressi Pontifex, non valeat, quicquid habeat clausulam motus proprii, & alia plura exempla his similia adducuntur, quia, ut ber dicit Menoch. num. 8. & Rota decr. 10. num. 2. de re[]scriptis in rebus, & communis sententia, multa expressa nocent, que tacita no[n]te non poscent, & ita tenet Stephenus de iuris grata, tit. de vi. cap. 1. clausularum, in clausula, non in propria, scilicet 7. num. 3. Menoch. supr. n. 8. & seqq. Sanchez. n. 52. Suar. n. 15. & alii ab eisdem relat.

7. Verum si supplicationem facias dimittas pro priuilegio obtinendo, & Princeps ex illa moueat concedere priuilegium, alia cognita veritate non concessurus, eto addat clausulam motus proprii, existimat Suarez. *supr. num. 16.* cum Pandectarum, & alii irramis eis conciliacionem, quia deficit intentione concedendi. Credem tamen in praesente validam esse, quia omnes Doctores, qui supponunt tacititatem veritatis, non vitiare gratiam ex motu proprio concessam, supponunt pettam esse, & videtur aperi contare ex *Clement.* *Si Romanus.* de prebendis. & ex *supradicto capitulo* non proprio. Ergo si ex petitione dimittas redditus concessio nulla, nullus est causus, in quo propri ex tacititatem veritatis a priori gratia valere gratia. Neque clausula motus proprii aliquid specialiter operatur in priuilegio, ubi priuilegiatus supplicationem fecit, quod est contra communem sententiam, ut videtur et in Menoch. Sanchez & aliis *supr.* Quocunq[ue] eti Princeps forte non concessurus est priuilegium, si veritatem integre cogoviceret; at ab solute vult concedere, & h[ab]e defecatum upplere, eo ipso, quod addit ex motu proprio, se concedere. Admette aliquando ob diminuendum relationem priuilegii concessione illius nullam; quod contingit, cum relatio est occasio, ut res diversa ab ea, quae conceditur, intelligatur; si enim potens beneficium Ecclesiasticum iaceas esse regulare, vel holoplate, vel vniuersaliter, alteri, concessio nulla est, etiam si motu proprio, non tam ob tacititatem veritatis, quam ob defectum intentionis in concedente; intendit enim concedere beneficium commune, quia ipsa per se fuit representativa; non tamen intendebat concedere illis qualitatibus affectum: arque adeo rem diuerter concessit ab ea, quam intendebat causa fuit concessio nulla. Vnde cum dicimus tacititatem veritatis, non vitare gratiam, intelligitur de tacititatem veritatis expressio rei, & quae illam non mutat, non de qualitate aliqua intrinseca, quae tem[po]re non facit diuersam, & ita tenet Abbas cap. ad annos, numer. 3. de re[]scriptis. Rebuffi in coro datis, tit. de forma mandatis, in clausula, in tu proprio, in 5. cap. 1. Sanc. lib. 8. d. sp. 21. n. 5. Menoch. de arbitrib. lib. 2. cent. 3. casu 201. n. 80. & seqq.

## S. VII.

## De priuilegio absolutu, vel sub conditione, aut modo concessio.

1. Quid sit explicatur.
2. Quando omissione operis, sub eius onere priuilegium fuit concessum, irrigit eius vius? sub distinctione repondeatur.
3. Si deitur tibi facultas dispensandi, absoluendi, panemdi cum consilio aliorum, si omittas consilium petere, nulla est dispensatio, absolvit, &c.
4. Intellegitur doctrina de opere expostulato, quod de iure non ineſt.

**I** S Avis communis, & vulgaris est divisio priuilegij absolviū concessum, vel sub conditione, aut modo, illud dicunt concessum absolute, quod sine illo onere priuilegijari conceditur. Econtra illud sub conditione, aut modo, quod conceditur sub onere aliquo operis efficiendi.

a. Difficiliter ergo est, quando omissione operis, sub cuius onere priuilegium conceditur, irrigit eius vius? & quidem si opus inveniatur possit fieri post priuilegij vius, nequaquam illius omissione irrigit priuilegij vius, quia iam supponitur vius legitimus priuilegij: hac ratione valida est abolitionis a referuatis, quam obuinisti cum obligacione compendi, cui obligationi, eti non satisfacias, absolucionis data, valida est;

peccas tamen, quia sub illo enere tibi fuit hoc priuilegium abolitionis concessum. Idem est in faciatur concessio per libellum, eti illud postea non luceris; abolitionis tamen prius data tamen, quia opus subiectum expostulatur, ut omnis priuilegij concessio, non pro conditione ad illud concedendum. At quando opus subiectum antecedet debet priuilegium, communis sententia docet, nullum esse vium priuilegij, si tale opus omittatur, quia tunc censeatur concedens priuilegium, sub conditione illius operis concedere, & ex dictu intentionis priuilegij non operatus effectum. sic Suarez lib. 3. cap. 13. num. 4. & seqq.

3. Ex qua doctrina inferre, si deitur tibi priuilegium dispensandi, absoluendi, vel puniendo aliquem, cum consilio aliorum, & omittas petere, nullam esse dispensationem, abolitionem, vel punitionem à te factam, quia consilium natura sua antecedit actum: ut colligatur ex cap. cùm in regere, de *Eccles.* vbi id nota glossa, Innocent. & Panduit. in fine, quare debes consilium prius petere, non tamen obligaris sequi, quia in petitione consilii hoc non includitur, aliter enim est petere consilium, alius consilii affectum. Neque semper mandatum consilium expostulari, ut ipsum sequaris, sed vi melius insitius possit prudenter operari. At si ibi dare effe facultas aliquis faciendo de consilio, vel cum consilium alterius; tunc necessario ei qui debet beneplacitum illius alius non de consilium, sed porro ex ostendere illius fieret opus, sic Suarez *supr. num. 6.* & adducit glossam in cap. 1. de re[]scriptis in 6. & Felinum in cap. ex parte, de constitutionibus in princeps. Federicus Senenalem cons. 1. numer. 4.

4. Admette tamen superrad eti intelligi debere de opere expostulato, quod iure ipso non in se priuilegium concessio; hoc enim si necessario antecedere debet priuilegij vius, presumi debet tibi sub conditione & sub illa priuilegij vius concedit. Verum si opus expostulatur, quod alioquin ex iure ipso teneatur priuilegatus facie, si vi priuilegio velit, tunc videendum est, an a iure expostulatore tale opus, ut substantiam formar, ut in iure accidentia: sicut in modo, quo a iure expostulatur; sic presumendum est concedendum priuilegium, expostulare illud a priuilegiato; neque alius intendere per expostulatum illius operis, quam monere priuilegatum, quid tencatur facere. Quia omnia constant ex his, quae diximus de lege irritante, quae in praesente accommodanda sunt.

## S. VIII.

## De priuilegio ad instar.

1. Quid sit.
2. Debet habere effectum priuilegium, ad cuius similitudinem est concessum, alias non tenet concessio.
3. Proponitur quadam obiectio. & solutio.
4. Quadam limitationes supradicta sententia apponuntur.
5. An sub illa forma, Concedo tibi calcedam, seu canonica, sicut tua predecessor habuit, censeantur tibi concessa facultates personales predecessoris? Sub distinctio- ne respondetur.

**I** P riuilegium ad instar, vocatur, quod ad similitudinem, & effectum alterius concessum est: si enim Princeps concessio alteri priuilegio dicat: Concede tibi priuilegium idem ac Petro concessi; tunc priuilegium tibi concessum vocatur priuilegium ad instar, quia est ad instar, & similitudinem priuilegij Petro concessi: ita ut omnipotens limitationem, vel extencionem, quam habuerit Petri priuilegium, habeat priuilegium ad instar; alia non erit perfecte ad instar illius, ita docet Nauart. *comment. de iubile. notab. 26. numer. 2.* Bonacra disp. 1. ques. 3. punct. 7. 8. 1. num. 20. Suarez lib. 3. c. 15. numer. 2. *cum Bald. in Lomnia. C. de Episc. & cleric. Mandol. tract. de privileg. ad instar. q. 4.*

**2.** Quapropter ad huius priuilegij valorem requiritur effectus, ut priuilegium illud, ad cuius similitudinem est concessum, habeat effectum, & valorem, & ut vere priuilegium, aliud nulla erit concessio. Nam cum totum suum esse, sit esse aliud, si aliud priuilegium effectu caret, etiam priuilegium ad instar carbi effectu. Neque obstat Principem exp[er]isse latit[er] voluntate concedendi ubi priuilegium; cum enim non exp[er]iserit, quid concedet, concessio eius fuit nulla, quia priuilegium debet esse de re certa, & determinata: facit que ad id lex si sic legatum, 7. 8. si mihi, ff. de legatis 1. ibi, si quantitas non si adiecta, evidenti ratione nihil debetur; quia non apparet, quantum fuerit legatum. sic docet Suarez alios referens lib. 3. cap. 15. numer. 6. Bonacra disp. 1. ques. 3. punct. 7. numer. 20.

**3.** Sed obiectio gem in testamento, 2. ff. de consiliorib[us]. Et demonstrat, vbi cauerit, si testator iussit fieri monumentum in loco existens in tali loco, & ibi nullum reperiat, adhuc

## §. IX.

## De priuilegio per communicationem concessio.

- 1 Quotupliciter hoc contingat.
- 2 Nunquam hoc priuilegium nisi religione concessum, censur alteri communicari, si obseruancia regularis inde minatur.
- 3 Quid si in ipsis priuilegiis caueatur, ut non censeantur aliis communicata.
- 4 Restrictio facta religiosis Societatis Iesu ne possint suis priuilegiis vti, nisi a Proposito generali fuerint communicata, non communicatur aliis religiosis, tamen si priuilegia communicentur.
- 5 Priuilegia Iabila & gratis concessa alicui religioni in honorem alicuius sancti proprii ad alias transferuntur in communicatione proportione servata.

**P**riuilegium per communicationem est quando communicatur tibi priuilegium quod alii est concessum. Tripli autem haec communicatio contingere potest. Primum per quam quasi extensionem eiudem priuilegii, ita ut vim & idem priuilegium quod aliquibus pertonis erat concessum ad alios aequ extenderit, non per nouam concessionem, sed per aggregationem plurium subjectorum: ita ut concessio potius rendat ad applicationem eiusdem priuilegii ad plura subjecta, quam ad novi priuilegij concessionem: & tunc cum sit idem priuilegium, auctor, vel diminutio in his quibus fuit primo concessum, augetur, & diminuitur in omnibus aliis. Secundo modo consurgit communio priuilegii concessi, non per communicationem, & applicationem priuilegii ad plura subjecta aequo primo, & principaliter, sed secundario: qua ratione priuilegium concessum religiosis extenditur ad moniales: & priuilegium concessum domino extenditur ad eius seruos, non quidem aequo primo, sed accessoriis: cum autem accessoriis sequatur naturam principalem, aucto vel diminuto principali, augetur, vel diminutio accessoriis. Tertio, & principaliter contingit communicatio priuilegii per nouam priuilegij concessionem: sed quia illud priuilegium, quod denio conceditur est eiusdem rationis cum priuilegio antea concesso; ideo per quam similitudinem, & imitationem dicitur priuilegium concessum communicari, & in hoc sensu communicantur priuilegia unius religionis alteri religioni: aequo inter huiusmodi priuilegii, & priuilegium ad instar inuenio aliquam in se differentiam, sed solum legendum maiorem vel maiorem explicationem. Quapropter omnia illa qua dicta sunt de priuilegio ad instar, intelligi debent de hac priuilegij communicatione. Sepe tamen non solum priuilegium concessum communicatur sed etiam concedendum, vt pater ex Bulla Pii V. sic etiam concessa, que incipit, Cum indefisa: vbi non solum priuilegia concessa aliis religionibus, sed & concedenda communicantur; debet tamen hoc exprimi alias non intelligetur communicari priuilegia nisi secundum statum, quem habet tempore communicationis.

Ad tertio si augatur, vel diminuitur, aut omnino tollatur Petri priuilegium post concessionem tibi priuilegium ad instar illius, non obinde augeri, & diminui tuum priuilegium: quia petri priuilegium fuit tantum adductum in exemplum & similitudinem, ad determinandam voluntatem concedentis facta iam determinatione & concessione tuum priuilegium ex alio non dependet. Item voluntas concedentis priuilegium ad instar, solum attendit priuilegium Petri in exemplo secundum statum, quem habebat tempore concessionis, quia solum ad instar illius est facta concessio. Ergo ex varietate postea subsequenti in exemplari non variatur priuilegium ad instar. Quae omnia satis confirmari possum, argumento legis in testamento, & de condicione & demonstrat, & docuit Mandos, supra q. 6. & 9. Suarez, p. 1. & 4. cap. 16. num. 17. fin. vbi de priuilegiis communicatione, quod idem est, ac priuilegium ad instar vi statim dicimus. Bonacina nro. 20. Emanuel Rodriguez tom. 1. q. 9. regul. 9. art. 9.

Sed quid dicendum de illa forma: Concedo tibi cathedralm, canonicatum, & beneficium, sicut habuit tuus antecessor: inquam, incedas non solum in his, que iure ordinario cathedralis & beneficio sunt annexa, sed etiam in priuilegiis personalibus, si forte illa habebat.

Ratio dubitandi est quia in priuilegiis personalibus non datur successio, sed cum ipsa persona, extinguitur, ex regul. priuilegij sur. in 6. Nihilominus dicendum est, si modus concessionis tibi factus nous fuimus, neque ante visitationem, credendum est voluntate Principei transferte tibi non solum canonicatum, & praebendam: cum his, quae ex iure ordinario ei erant annexa, sed etiam quae ex particulari priuilegio illi annexabantur, quia, alia ille specialis modus, & forma concessionis fuerit effici appositi & ita docet aduersus Barbel, in l. quia sale, filium, mater, Suarez lib. 8. c. 15. num. 11. Nam doctrinam aliquo modo confirmatus vidi in Ecclesia Compostellana: vbi ludovicus Henricus obtinuit canonicam, quae esti dignitatem tener vere, & in re ead canonice in illa Ecclesia & simul etiam obtinuit aliquam canonicatum obit & eius frater Antonius de Castro petiit a Pontifice utramque praebendam eo modo quo fuit frater, obtinuerat, annuit Pontifex supplicatione: & licet controvenerit, an ex vi illius clausula sicut praedictor, sicut obtinuit, fuerit satis dispensatum de facto iudicatum fuit in eius favorem.

2. Sed circa hanc priuilegiorum communicationem est primo adtereo dum non communicari priuilegia alicuius religionis alteri, si ex eius communicatione obseruancia regularis labefactetur; quia Pontifex non intendit religionem destruire, sed potius fovere. Quocirca priuilegia concessa ordinibus militibus habendi proprium, restandi &c. sive concessa sicut per modum dispensationis, sive ob aliquos fines superiores religionibus mendicantibus, non communicantur; quia sibi monasterii, recte gubernationi obessent sic Manuel Rodriguez, tom. 1. q. 9. regul. qu. 17. art. 2. Suarez lib. 8. cap. 17. num. 3. & 4.

3. Secundo adtereo: si in ipsis priuilegiis communicandis caueatur, ne censeantur aliis communicata, qui priuilegio communicatione gaudent: sicut in Bulla Gregorii XI 11. edita anno 1384. que incipit, Satis superque & in Bulla Gregorii XIV. de instituto Societatis caueatur, necessaria est ut postea alteri haec priuilegia concedantur specialis clausula hanc derogationis, alias haec speciali prohibito non censebitur derogata ita & tradit Suarez lib. 8. cap. 17. n. 8.

4. Tertio adtereo: restrictionem factam religiosis Societatis de suis aliorum priuilegiis, ne scilicet illis vti possint: nisi in quantum Proposito generali fuerint communicata: & concessio Gregor. XIII anno 1375. in Bulla incipiente, Ad futurum, non obtinare quomodo aliae religiones suis priuilegiis vti possint, quamvis per suos praepostos non fuerint communicata, quia illa r. stricto non est in priuilegio sed in ipsis vnu ob speciali modum, quem habet Societas in suo regimine: dependet enim tota eius gubernatio a suo primo capitulo.

te. & sic erae conueniens, ut eriam in vsu suorum priuilegiiorum  
dependere: quod tamen alius regionibus, quæ hoc gubernatio-  
nem modo carent, non videtur necessarium: atque ita pos-  
sunt alius religionibus nostra priuilegia communicari, qui  
committentur hac testificatio: & ita tenet Manuel Rodri-  
gues, regul. q. 55, art. 27. verf. secundum dubium Suarez lib.  
6. 17. num. 6.

¶ Quarto aduento priuilegia, gratas & indulgentias concessas aliqui religioni in honorem aliquorum Sanctorum ordinis transferri ad omnes alias religiones que cum illa religione in priuilegiis communiqueret proportionem seruata; ut si eae illa prima religio haberet facultatem non seruandam interdum, vel lucrandam Iubilatum die vocations fuerit Ecclesia, & festigatae sui fundatores, & aliorum Sanctorum: pari ratione alia religio communicaens his priuilegiis gaudeat in die vaccinatione sua Ecclesia, & in festigatae sui fundatores supradicti priuilegia; hoc enim operatur illa communicatio priuilegiorum: sicut optimè explicat Eman. som. 1. reg. 99. quas. 55. art. 20 ad lucas Bulianum tulit II. in qua hoc fuit declaratum, Sua p. 8. de leg. c. 17. num. 7.

6. x

De priuilegio concesso in forma commun  
vel ex certa scientia.

- 2 *Explicantur supradicta.*
  - 3 *Quando confessetur in forma communis, quinodo ex certa scientia praeiudicium conformari.*
  - 3 *Si ex certa scientia sit, renouat praeiudicium iam amissum.*
  - 4 *Non confessetur praeiudicium praeiudicium subrepitione imperatum. Neque derogatur Concilio generali.*
  - 5 *Si inferatur praeiudicium confirmandum in confirmatione, tamen nonnullum sit tales confirmationis defenditur ut probabilius.*
  - 6 *Clausuris ut omnes defectus iuris, & facti supplementantur, inquit uales clausula ex certa scientia.*
  - 7 *Quid operari clasifida, ut brachium scutare invicere officiatur?*
  - 8 *An debet index secularis certificari de iustificatione causa ut causas auxilium praestaret? Negant aliqui. Sed probabilius est ostendendum esse per summariam informationem, vel authenticam oportens litterarum.*

**H**ec non habent locum nisi in privilegiis iam concessis confirmatione; sicut enim Princeps concessionem tribuit et unius confirmavit, duplice tamen forma; alia ex certa scientia cognoscendo iacuum qualitatem & circunstancias privilegi quod confimat; alia sive tali scientia, & noticia. Si primo modo principium confirmatur, dicitur confirmatione illud ex certa scientia si secundo modo, dicitur confirmatione illud ex summa communione.

2 Vt autem consecutus Princeps confirmare privilegiorum est in certa scientia, id debet explicare, vel in actu signaculo affirmando precepit ex certa scientia privilegium constitutum en illi credendum est, vel per recta aequalitatem, quia illa confusa sunt, si dicat se constitutus; non obstante qualibet alia legi contraria, seu de plenitudine potestatis; vel debet explicari in actu exercito, inferendo in confirmatione tenorem privilegii, quod confirmat: sic docer gloriosas cap. venerabilis de confirmatione virtut. Bart. in *Principia C. de sacrarum Ecele. P. S. et. c. cum inser. de excep. in princ. Et in eorum nulli de rescriptis Statutis alios referens lib. 8. de leg. cap. 18 n. 5. q. seqq. Quando autem sic non expicit, constitutus constitutum privilegium in forma communis, hoc est confirmatum privilegium eo modo, quo est concessum, & via obseruantur. Quod si contingat privilegium vix non habete, illa confirmationis in forma communis nullius est effectus; quia non intendit privilegium de novo concedere, ca. l. quo non existat, sed solum iuridice approbat et rotabore & sub sua speciali protectione accepere, quod factum est, si forte sit aliquid, quod possit accipi. Quapropter Imperator Princeps cum privilegio in forma communis confirmatione addere solet ad maiorem explanationem sue voluntatis, si confirmare, scilicet factum est, que claustrata. sed hinc expedit Suarez sup. à num. 7, necessaria non erit, sed ex eo solum, quo cognoscatur ex perfecta cognitione, privilegij confirmationem non posse habere; intelligi debet esse confirmationem in forma communis, hoc est confirmare privilegium, seu ille iudicium approbat, ve de presenti existit, & ita tradit Riccius rubr. de confirmat. vtili, vel iniuriali, dulc. ultim. Felic. in cod. inq. dilector. de file in strum. humer. 23. Et in cap. vniuenienti de confessib. num. 2. & sumitur ex cap. 1. cap. quia diversitatem de concepcionib. cap. examinata, de confirmat. vtili, vel iniuriali & ab his*

5 Veram si Princeps ex cetera Scientia p[ri]uilegium confit

mat habet talis confirmatio vim, & efficaciam renouandi, seu concedendi priuilegium si forte viu, vel alia via amissuta fuit. Probo, quia vel Princeps cognoscit defectum, & nullitatem priuilegi confundandi, & illa non obstante confirmat, & tunc elatum est talis confirmationem nouam concessioi sequulare, quia intendit dare illi similitudinem, quod possit alias intendere facere actum superfluum, inutilem, & frustarium; qui omnino praecipue in legibus, & dispositionibus Principum virtutibus est: si autem Princeps nullitatem priuilegii non cognoverit, vel de illa dubius existat, praecequam quod hie prelati non debet contra verba ipsius confirmantis, qui dicit ex certa scientia confirmare adhuc condensus est velle dare priuilegio vim & efficaciam, ne cogamus dicere apposuisse illa specialia verba ex certa scientia, iuruliter & fructuante, siquidem non praefant in eo casu aliquem specialem effectum quod si addas, de plenitudine potestis, intellegundis est, si velle confirmare in quantum potest, & necessarium est, si Tulus verbo confirmatione ex certa scientia per secum conclusione. Sicut, lib. 8 de legibus c. 18. n. 12. & alii plures ab eisdem relati.

<sup>4</sup> Sed circa hanc confirmationem priuilegiorum ex certa scientia.

Advecto primo non censenda esse confirmata privilegia  
quæ subtencionem, & falsa causa imperatur sunt nisi expreſſe  
Principes dicere le confirmare non obſtante ſubceptione pio-  
ti tua, qui hic eſt defectus commiſſus in ipla privilegiis cor-  
ſecutione, qui non præsumvit cognitus a Princeps, cum iam  
quia Princeps non intendit confirmare, nisi privilegium cor-  
cellum: privilegium autem ſubceptione imperatur, num-  
quam conceſſum fuit, & deinde Panotm, in cap. inter dictos  
de fide instrum. n. 8. Eſtim ibi, n. 6. & in cap. 2. de reſorſi num. 42.  
Rota deſi, v. in nonis, trad. de confir., viiiij, vel inueni. Suarez  
lib. 8. de legib. c. 9. n. 3.

Adiutorio secundo non censeri confirmata, quae generali concilio reuocata sunt: nisi expelte derogatio huius reuocationis addatur, quia non presumunt velle legi à Concilio stabilitate derogare ob concessionem ita generaliter factam: quod enim multorum consensu stabilium est, maiori autoritate est firmatum, ac proinde maiori & speciali reuocatione indigit, ita Suatæ n. 5. Eman. Rodiq. tom. I. reg. 99. 8. art. 10. 15. medio vbi alios allegar.

5 A dueto tertio si priuilegium confirmatur inferendo in confirmatione priuilegium contumianum, & hoc nulium sit vel quia reuocatum a Princepe speciali reuocatione, vel quia renunciatum a priuilegiato existimat Suarez lib. 8. c. 19. n. 4. non conferi confirmatum, nisi fiat mentio reuocatio eius vel ad altera clausula generalis, non obstantibus &c qui non praesumunt Princeps sente illam reuocationem, aut renunciationem quia est de factu & factu speciali, quod princeps praesumit ignorare iuxta art. consit. in 6. seculo vero affirmat esse dicendum si princeps diceret expresse se ex certa scientia, vel ex plenitudine potestatis priuilegium confirmare. Verum probabilitas existit in omnibus his casibus priuilegium manere confirmatum cum quia diximus in princibus s. & consit. mit ipse Suarez c. 18. n. 5. non enim prolegit infra in confirmatione aquilares clausulas ex certa scientia quodque latius probatur ex cap. venerabilium de confirm. util. vel iniust. & ibi glossa & Panormi. Ergo debet aquilares in valore & efficacia tunc quia si bui modi scientia reuocationis, aut renunciationis non praesumunt quia est de re speciali ad factum pertinente & obinde non confitetur reuocatum priuilegium neque etiam confitebitur reuocatum & confirmatum quando per non solum fuit amissum, quia etiam hic defectus est specialis & petinet ad factum, ac proinde in nullo casu reconsabit priuilegium nullum, quod est contra communem sententiam.

communem sententiam.  
6 Adetur quarto in confirmatione privilegiorum sole  
apponi clausam, qua supplerunt omnes iuri, & facti defectus  
qui in testamento in eisdem hoc est in privilegiis, que con-  
firmantur: sic apposuit Sixtus V. & Paulus IV. in confirmatio-  
ne privilegiorum minoribus facta protut referat Eman. Rodrig.  
tom. I, q. reg. 8. n. 15. & pro nostra Societate in Balla edita a  
Greg XIV. & a Paulo V. eadem clausula habetur quia verbanis  
hil speciale videtur addere confirmationi ex certa scientia,  
sed solum apponit maiorem claritatem, & evidentiam, quia  
nec suppletur defectus subpriorum si qui int. ruerit, quia hoc  
est contra naturam priuilegiis confirmationis & tradit Eman.  
Rodrig. subr. 15. Suarez f. 20. circa f. 21. necque nisi in cap.  
defectus & in habilitates priuilegiati ut sit spuri s. ex-  
comunicatus, & irregularis quia haec speciales non itum re-  
quiritur, & clausa generali non videtur subtala neque etiam  
supplet alios defectus naturales, quia vel hi super leti non  
possunt, vel latenter non possunt hinc ut bene dicit Host.  
in cap. I. de translat. & Felicin apud officia statuas referens num. 4.  
Suarez, & Emmanuel. supr. Ergo nihil est quod per illam clausu-  
lam speciale et supplicantur, quod per confirmationem ex certa  
scientia suppletur non sit.

7. Adverso

<sup>7</sup> Aduento quinto in supradictis priuilegiis sepe conceditur possum invocare brachium læculeate : que quidem concessio et maiorem abundantiam est, nam iure ipso tenentur iudices et læcules Ecclesiastico fauere ; si is suo officio impeditur, & auxilium expulset, ut confit ex his, que tradit Roland. à Valle in consil. 59, lib. 1. Menoch. lib. 2. de arbitr. cent. 5, causa 41. n. 4, & alii ab eisdem relati. Quapropter iudex delegatus, & virtute priuilegiorum ad eorum observationem electus, si videtur prærogatio à facularibus impeditur, poterit invocare auxilium læculearum iudicis: quod si patre noluerit, poterit coniuris compellere, alias iniurias esset invocandi concessio, si iurum non daret portas compulsa renuntiis : sic alii relata docet Emanuel Rodriguez. tom. 1. quæst. 8. art. 14.

<sup>8</sup> Difficiliter autem est, an debet facularis iudex certificari de iustificatione caufæ, ut tenetur auxilium præstare, an tamen consensu possit compelli à iudice Ecclesiastico? Negat Enan. super, cum Aualos in direct. iudic. Ecclesiast. p. cap. 13. n. 13, quia si haec informatio, & certificatio requiriatur, facilè patet à iudice faculari repellere auxilium, affirmans non esse facta iustificatione caufæ. Item in competencia iurisdictionis, & præoccupatione inter Ecclesiasticum iudicem, & faculariem Ecclesiasticam debet sententiam pronunciare, & tenetur ei obedire facularis: ut multo claris doceat Couart. pract. 99. c. 33. n. 1. et. quod. 6. suffragatur. Ego impetrans est quilibet offensio litterarum, & informatio, liquide semper standum est proinde Ecclesiastico. Verum probabiliter credi debet iudicium Ecclesiasticum ostendere faculari iudici, à quo petit auxilium, faculariem, quam habet, & iustitiam ad petendum, ut sic prudenter omnes procedant: alias pluribus verbiationibus res effusa. Hac tamen manifestatio per offensionem authentica litterarum, per informationem summariam factam ab ipsorum iudice Ecclesiastico fieri debet, quod si his non credit iudex facularius, & ob id remittit auxilium præstare, poterit unice Ecclesiasticus illum excommunicatione, aliisque censuris cogere, quia sufficienter manifestauit se iuste procedere.

Aduento sexto in pluribus religiolorum priuilegiorum confirmationibus, haberemus clauitulam, summudo decretis Concilii Tridentini contraria non sunt: per quam exceptionem solum iniquiguanus excepta ea, qua Concilii Tridentini decretis specialiter renocantibus sunt contraria. Quare omnia priuilegia, quae per Concilium specialiter renocata non sunt, illa confirmatione enfebleantur confirmata: quia non sunt simpliciter contraria Concilio: & ita tradit alios allegans, & bene probans Emmanuel Rodriguez. reg. qq. tom. 1. q. 8. art. 6. & 7. expedit, quæ priuilegia degenerant per Tridentinum, regularibus.

## P N C T V M III.

## De priuilegiorum conditionibus.

D<sup>V</sup>plex conditio videtur expostulanda ad priuilegium. Prima scriptura. Secunda promulgatio. Necesitatem hanc conditionem in praesenti examine intendimus. Et quidem si de priuilegio confutacione comparato loquamur, certum est nullum alias scripturas, & promulgationem in illo esse posse, pater ipsos actus, quibus confutatio induxitur. Quare solum de priuilegio à Princeps concessio controverti potest.

## §. I.

## An requiratur scriptura ad priuilegium.

<sup>1</sup> Non est necessaria.

<sup>2</sup> Propositus quadam obiectio, sit illi satius.

<sup>3</sup> An habeas locum in beneficio.

<sup>4</sup> An in facultate residendi.

<sup>5</sup> An in facultate ingrediendi monialium monasteria.

<sup>6</sup> An in iudicibus à Romano Pontifice designatis.

<sup>7</sup> An in remissionib. delictorum in nostro regno.

<sup>8</sup> An in gratia, que consistit in iure ad agendum, qui efformem ad hanc gratiam necessario requiri scripturam.

<sup>9</sup> Probabiliter est oppositum.

<sup>1</sup> Communis est sententia, scripturam per se necessariam non esse ad gratia valorem: sic sumunt ex Clem. dudum, verbis quibus per ipsos, de seculari. ibi, vniuersa priuilegia gratiarum vel indulgentiarum, verbo, seu scripto, seu quacunque forma concilia, & ex Extravag. etiæ dominici, de paup. & remiss. ibi, tam verbo, quam scriptis confessis litteris, & ex cap. institutionis, 25. q. 1. quod est ex Gregor. sive que scripto decernimus, sive que in nostra presentia videtur esse disposita, & tradit glossa in suprad. Clement. Salas. disp. 17. scilicet 2. n. 20. Bonac. disp. 1. q. 1. p. 4. circa fin. Nauar. lib. consil. in 2. edit. tit. de priuile. con. 1. n. 1. Molin. lib. 1. de primog. 7. n. 55. postea Molin. tom. 3. de iust. disp. 599. n. 1. Malc. de probat. v. g. conclus. 845. art. 14. Suan. lib. 3. de leg. c. 1. n. 2. Thom. Sanch. lib. 3. disp. 3. n. 10. & lib. 8. de matr. disp. 29. n. 2. & alii januarii ab eisdem relati. Probat, quia totus valor priuilegij penderet ex voluntate concedentis,

Ferd. de Castro Sum. Mor. Pars I.

que verbis sicut scriptura manifestari potest. Secundo nemo potest arcari lege lata à Princeps contra Principis voluntatem. Ergo si Princeps vult te non arcari, eo ipso liber existis. Ut autem haec libertas tibi conferat, scriptura non est necessaria; sed verbo, aut aliis signis id fieri potest. Tertio, quia priuilegium est cœdam donatio: donatio autem perfecta est, etiamsi litteræ non expediantur.

<sup>2</sup> Sed obiectio. Ante expeditionem litterarum censeretur gratia informis, & imperfecta, ut colligitur ex regul. 25. Cancell. vbi dicitur, ne iudicetur iuxta formam supplicationum signatarum super quibusdam imperationibus, & concessionibus, sub scripto verbo, placet, vel fiat, quia gratia Apostolica informis censeretur, & imperfecta. Et confirmat. Officiales Pontificis possunt expeditionem litterarum impeditre. Ergo siq. eis gratiam non est plenè consummata ante illarum expeditionem. Confirmo secundò ex reg. Cancell. 5., alia apud Rebuff. præf. benef. 6. vbi cauter dispensationes non suffragari, nisi litteris expeditis. & Gregor. XIII. reg. 50. Cancell. sic disponit: Nulla talis dispensatio, cuiquam in iudicio, vel extra suffragari, antequam super ea litteræ Apostolicae sint confectæ.

Repondeo ex communis sententia gratiam, & facultatem concessam à Pontifice verbo tenus censeretur informem, & imperfectam in ordine ad iudicium: & quia non habet perfectionem necessariam, ut ex illa iudicetur: at in formalis, & perfecta est, & in foro conscientia omnino valida, & ius impetranti acquiritur, ex cap. si prode rescripsi, in 6. cap. fin. de concess. præbend. in 6. & ex aliis in principio relatis. Ad confirmationem primam concedo officiales posse impeditre expeditionem litterarum, sed non obinde sequitur perfectam gratiam non esse; sed non esse perfectam ad iudicium, & forum exterrit, & eodem modo explicanda sunt regulæ illæ Cancellariae, quibus cautor gratias à Pontifice factas litteris non expeditis, non suffragari in iudicio neque extra, hoc est in iudicio contentio, non extra iudicium: in foro tamen exterrito publico non suffragari. Quapropter si aliquis incapax aliquius munerus, officij vel beneficij, virtute huius dispensationis, visa vocis officijs impetrat, se opponat, poterit non solum iudicio concensio, sed etiam nullo iudicio precedente repellere: quia tam in foro judiciali, quam publico non suffragari gratia sic obtenta. Dixa, gratiam à Pontifice concessam, litteris non expeditis, non suffragari in foro exterrito (est in se perfecta sit.) Nam gratia alia concessa ab inferioribus Praelatis, à Rege, & aliis facularibus Principibus, non solum in foro conscientia, sed etiam iudiciali suffragari possunt, si per testes sufficienter probentur: quia nullo iure causum est oppositum: & ita tenet alios referens Malcard. de probat. concil. 845. n. 11. Azeudo 1. z. tit. 25. lib. 8. noua recop. n. 2. Qua vero ratione debet probari, consulendi sunt Malcard. Azeudo, Matienzo ibi Cauallos qq. pract. q. 722.

<sup>3</sup> Supradictæ doctrinae plures limitationes adhibentur à Doctribus. Prima est in beneficiis collatis, confirmatis, vel vnitatis à Sede Apostolica, quorum possessionem nullus apprehendere potest, nisi litteris expeditis: alioquin totum est iritum, nec facit fructus suos, & beneficiis obtentis priuat, nec iuriari potest annali, biennali: aut triennali possessione; quia est intrusus, & violentus possessor: & ex Extravag. incurrit, de elect. iuncta constitutione Pauli III. que incipit cum nobis, & Iulij II. que incipit Romani Pontificis, que constitutiones ad beneficia ab ordinariis impetrata non exceduntur; ac proinde litteris non expediti poterit impetrans capere possessionem, & fructus accipere, ut docuit Azot. tom. 4. lib. 5. cap. 2. q. 5. circa fin. Bonac. disp. 1. q. 1. p. 4. n. 50. Aduento tamen, est non possit beneficii collati à Sede Apostolica capere possessionem litteris non expeditis: at facta gratia poterit commutare cum alio, quia est rurum, sic ex Rebuff. Ioan. Monach. & alii tradidit Malcard. de probat. concil. 845. n. 18. & colligitur ex Sanch. & alii ab ipso relatis lib. 8. de matr. disp. 29. n. 5.

<sup>4</sup> Secundo limitant Doctores in facultate non residendi in beneficiis curam animarum habentibus: que ut valida sit, vira causam exigit dari in scriptis ab ordinario, sic Trident. sess. 25. c. 5. reform.

<sup>5</sup> Tertio in facultate ingrediendi intra septa monasterij, que valida non est sine Episcopi, vel superioris licentia in scriptis obtenta. Trident. sess. 25. c. 1. de reform.

<sup>6</sup> Quartu in iudicibus signatis à Romano Pontifice, quique ad iudicandum eliguntur, qui non possunt inchoare iudicium, quo usque litteræ iurisdictionem concedentes expediantur: constat ex suprad. reg. Cancell. 25. de non iudicando iuxta formam supplicationis & tradit ibi Gomez 9.6.n.1. Molin. lib. 1. de primog. 6.7. n. 56. & 57. noster Mol. tom. 3. de iust. disp. 499. n. 2. Thom. Sanch. lib. 8. de matr. disp. 19. n. 10. Alii vero iudices à facultati Princeps, vel Episcopis signati haec regula non teneant.

<sup>7</sup> Quintu limitatur ex legibus nostri regni, in remissionibus delictorum; inalidam enim est delicti remissio à Rege facta, quovsque Rex suo nomine, & sigillo obligatoria remissio, & in super duo Confessarii, constat ex i. 1. tit. 25. lib. 8. noua compilat. tradit, & pluribus exornat. Azeudo ibi à n. 2.

<sup>8</sup> Sexto, & præcipue limitatur in gratia que consistit in fa-

O 2 20

Et non in iure ad agendum, hoc est, quæ constituit in sola concessione Principis, non in potestate ad aliquid ex concessione faciendum. Quapropter dicunt Doctores statim referendi, dispeulationem factam alicuius irregulatatis; & inhabilitatis, remissionem obligationis contractæ, confirmationem alicuius facti validam esse litteris non expeditis: at vel ò gratia seu facultas facta alicui, ut aliquid operetur, quod alias efficeret non poterat, nulla est, quovalque littera expediantur, sic Bald. in l. falsus, num. 21. Cod. de furis, & ex illo tradit Molin. lib. 2. de primogen. cap. 7. n. 57. & seqq. Gutier. quæst. canon. lib. 2. cap. 17. n. 4. Et quasi præl. lib. 2. q. 7. n. 2. Auendano l. 43. Tauri. gl. 2. n. 2. Man. Rodi. q. reg. tom. 2. q. 46. art. 8. Matienz. lib. 5. compil. 6. 7. l. 1. gl. 2. 3. 4. & 5. & indicat (hunc obserue) Azezed. ibi n. 1.

6. Difficultas est, an vlti possit priuilegio à tuo Episcopo concessio, quando in alieno territorio existit: si eius vlti obstat legibus communibus, vel specialibus constitutionibus, aut mandatis illius loci, qua transi: v.g. Obiunctu priuilegium eligendi confessorem, comedendi carnes diebus prohibitis, non recitandi horas, laborandi festis diebus, legendi libros hereticorum: quae omnia possunt esse & prohibita lege communis, & speciali aliqua constitutione, aut mandato. Difficultas ergo est, an possit vlti illo priuilegio, vbi coniunctis existit?

Centro resolutionem huius difficultatis pendere ex illa, an forenses teneantur legibus, constitutionibus, & mandatis loci illius, qua transi. Nam in sententia illorum, qui dicunt non tenari, manifeste inferunt vlti non posse priuilegii supradictis: siquidem mandato, lege, aut constitutione locali impediti non potest. At quia nos, vt probabilius, resoluimus, forenses non solum legibus per modum statuti, sed etiam per modum sententia, hoc est, constitutionibus, & mandatis localibus legi, scilicet ligantur vicini, & naturales: ideo censeo te supradictis priuilegiis vlti non posse, si illo in loco, qua transi, est speciali aliqua constitutione, aut mandato prohibitus illorum vlti: quia ab obligatione illius constitutionis, & mandati, quam contrahis ratione transiuntur habitacionis, exemptus esse non potest vultus priuilegii alibi tibi concessi, quia priuilegium illud non est ab aliquo, qui potestarem habeat remittendi obligationem impositam tibi p. superiori illius loci, qua transi: quia non est superior illo, & ita docet Suarez lib. 8. cap. 26. à num. 7. Salas disp. 17. sect. 10. num. 54. Bonacina disp. 1. q. 3. p. 5. num. 6. num. 4. Aduerte, esti Bonacina: & Suarez, cum de obligatione forentium legibus loci, qua transi, loqueretur, affirmarent, non tenari mandatis, & sententia superioris illius loci: nihilominus in presenti dicunt priuilegatum his tenari: neque vlti possit priuilegio eligendi confessorem: aut comedendi carnes, si specialiter prohibetur à superiore illo loci, quod non videur satis consequenter. Aduerto secundo ex benigna interpretatione voluntatis superioris illius loci, qua transi, praefatim potes te obligari non esse eius legibus à quibus in tuo territorio exemplus es, & quia specialiter loci illius non sunt propriae, sic Salas disp. 17. sect. 10. num. 56. Bonacina disp. 1. q. 3. p. 5. num. 6. Suarez. furor.

Si autem vlti cui priuilegii non sit contra aliquam specialem constitutionem, aut mandatum loci illius, qua transi, sed solum adulteretur legi communis æque in tuo, ac in alieno territorio obligari, vt probabiliter existimo te exemplum esse, licetque vlti posse tuo priuilegio, quia obligatio illius legis cada m

O 4 est

DE  
ASTRO  
PALAD  
TON.

n.8. & lib.4. in Decalog. cap.48. Ratio quare hac acceptatio sufficiat, est, quia haec sufficit ad confundendam validam, & firmam quilibet aliam donationem. Ergo & priuilegium. Consequentia est legitima, quia priuilegium concilio est quodam donatio. Antecedens probatur, quia inter voluntarem donantis priuilegium, & recipientis illud, debet esse aliqua via & respectus: at hic sufficere intercedit, si nomine tuo aliis acceperit: a enim quae alius nomine tuo facit, tu facere censes. Quapropter in l.5. tit.4. p.5 hoc decessario ad donationem, vel promissionem requiritur, ibi, mensagero sertio, que lo imbe & deis se, alaudemente lo que le da. & in l.3. tit.11. part.5. ibi, embando à prometer, o deis por fu carta firmada, o por fu mensagero sertio, & multis allegatis dicit Sanchez illo lib.1. de matr. disp.6. n.2. Ex quo si validum esse priuilegium um a puncto acceptatio per te, vel per tuum nuntium, procuratorem, aut litteras facte. Quod autem alia acceptatio non sufficiat, probatur, quia acceptatio, quae à te immediate, vel mediata per duntum, aut procuratorem non fit, tibi tribuit non potest. Quocirca si tibi absenti Tunc concedetur priuilegium aliquod, & Petrus, qui neque est ius mutius, neque procurator, neque haberet ad id mandatum, acceptaret, nulla esset talis acceptatio, quia reputari non potest tua, eo quod nomine tuo facta non fuerit, si autem ipse Petrus non mutius a donante, sed sui sponte tibi nuntiat et concilione a Trino factam, & tu acceptares, eis Gregorius Lopez l.4. verbo no lo pude, tit.4. pars.5. & Azuedo lib.5. recipil. tit.16. l.2. n.20. ab mente valeretur cum communis sententia tenendum est: et sic invenit dam, nec toriti effectum; quia illa non est acceptatio donationis facta, non enim censetur facta, quoque donans, donatario, vel aliqui nomine ipsius manifeste, sic Capitius multis relatis def.180. num.9. Sanchez lib.1. disp.6. num.3. Ex his plures illationes inferunt Sanchez, & Bonacina supra, sed & ex doctrina posita manifestantur sunt.

11. Temperat tamen supradictam de Etiam Vasq. de legib. disp.1.5. cap.4. n.2. Sua. lib.8. de legibus. c.25. n.2., ut procedit in priuilegiis, que secundum habent possunt sine operatione priuilegiorum, tenuis vetio de priuilegiis, que secundum involuerat legis communis dispensationem, de his enim censente non valere, quoniam nuncius, vel procurator accepteret, quoque priuilegiatus notitiam illius habeat. Probatur, quia hoc priuilegium, & dispensatio legis est, vi licet facias, quod illas tibi illucrum erit, sed hoc obirent non potest, quoque illius priuilegium notitiam habeas. Ergo non censetur vique ius priuilegium concessum.

12. Sed rejicienda est haec limitatio, ut eam rejicit Sanchez lib.4. in Decalog. cap.48. n.9. & Bonacina disp.1. cap.3. pars.3. num.15. cum Sylvest. verb. priuilegiis, quae. ut. Ratio est, quia concedens tibi priuilegium dispensacionis legis, non intendit te à legis obseruatione excire per se, & vi priuilegij. Sed haec exceptio fieri potest, eti illam ignorante. Ergo ignorantia tua valori priuilegii obstat non potest. Minorum probbo. Lex legiunis publicata potest est ligare ignorantem, eti ipsi à legis obseruatione excusat. Ergo priuilegium legitime publicatum, & acceptatum eximit ignorantem à legis obligatione, eti ipsi ob ignorantiam lege obligentur. Hac enim ignorantia est per accidentem, & non per se, quam Princeps non attendit. Et confirmo ex his, que admittunt Suarez, & Vaquez: hi enim dicunt, si tibi concedatur priuilegium, ne excommunicatione. Ordinarij ligari possit, esse videntur priuilegium, à tempore, quo tuus procurator acceptavit, eti tu illius ignorans sis: quia hoc priuilegium non petis in se aliquem vnum sed potius tollit vnum facultatis Ordinarij excommunicandis. Item dicunt, si tibi concedatur facultas colligendi decimas ex aliquo loco, vlete priuilegium à tempore concessum, & acceptationis facta per tuum procuratorem, quia, vi licet, illarum sis dominus, non est necesse, vi decimas colligas ante notitiam priuilegij. At ex his exemplis non leviter & infirmatur nostra sententia, & contraria infirmatur. Fundamentum enim contrarium eo tendebat, ut probaret non esse intentionem concedens priuilegium ntarium legis, quoque ilius notitiam habere possit, non ob ignorantiam priuilegiatus, non ob ignorantiam priuilegiorum, non obstat horum priuilegiorum ratio. Ergo neque estiam obstat priuilegium dispensatio. Et confirmo: matrimonium contractum per procuratorem validum est, & ad licitum copularium ordinatur, & tamen illo vi non potest, quoque perfectam illius notitiam habecas: & generaliter quilibet donatio per procuratorem acceptata ius tribuit donatario vendi se donata: & nihilominus illa vi non potest, quando ignorat donationem. Ergo sicut haec impotentia non obstat va ori donationis: ita neque valori cuiusvis priuilegij, quia si super censetur haec impotentia per accidentem, & non ora ex ratione priuilegij, & manifestacionis illius. Sicque sit satis fundamento contrario.

13. Sed objicis: Priuilegium tibi concedens exemptionem à lege nullius effectus est, dum priuilegium ignorans, quia de facto à lege non emeris. Ergo non est verisimile valorem habere, quoque ad tuam notitiam deueniat?

Respondet id, in argumentum fieri posse in lege, probatique legem non habere valorem in subditis ignorantibus quia cum ibi necessario dicendum sit ignorantiam esse per accidentem ad legis valorem: sic dicendum est in priuilegio acceptato. Præterea multiplex effectus ex valore priuilegij oritur. Primo. si lex in qua dispensatur, non solum erat prohibens, sed irritans actum, & de facto polito priuilegio actum operatis, valeretur. quoniam ex ignorantia peccatum commiseris. Hac enim ratione, si tibi habent impedimentum contrahendi matrimonium concedatur dispensatio. Romas, & tuus procurator accepterit, & sub probabilitate illius, eti ignorans, contrahabis, peccas: ut matrimonium teneret. Et idem est de iustificatione concessa ad absolvendum, & de omni alio priuilegio. Si autem priuilegium solum de hinc vnum, quia lex, in qua dispensatur, solum erat prohibens, potest deseruire, si habeat excommunicationem, aut reteruationem annexam, ne in illam incurias: & dato non obrivis effectus à superiori intentum. id est per accidentem ex tua ignorantia, non ex ratione priuilegij, quod sufficere censetur promulgatum, dum tuo procuratori intimatum fuit, & ab illo tuo nomine acceptatum.

## PUNCTVM IV.

A quo, & cui priuilegia concedi possit.

- 1 Nullus alius præter legislatorem priuilegium concedere potest.  
2 Neque alius, nisi subditus possunt priuilegia concedi.

1 Regula est, nullum alium præter legislatorem posse priuilegia concedere. Et quidem de priuilegio dispensatio, ut legi res est manifesta, quia nullus alius præter legislatorem, aut superiori illo, potest propria autoritate in lege dispensare. Si autem de priuilegio concessu fauidatis extra ius commune, vel municipale loquuntur, probatur non per se ab ali concedi, quam à legislatore; quia nullus alius potest legem ferre obligantem suos priuilegia: at concedens hoc priuilegium, sicut etiam fieri, vel potest legem obligantem, de priuilegiis impeditur in viu priuilegiis, alias priuilegium non est lex priuata: ergo necessario dimicatur debet priuilegium à legislatore, & ita renet alios referens Suarez lib.8. c.8. n.1. das disp.17. et c.3. à n.37. Bonacina disp.1. q.3. p.3. n.1. Azor 1. p. lib.5. cap.3.2.

Quocirca omnes illi, & soli, qui potestatem habent legislativam, possunt priuilegia concedere; & haec circa materialia sibi subiecta, & circa quam legem fieri possunt. Quapropter Pontificis, & Rex potest concedere priuilegia derogans iuri communis; Episcopus vero, & magistratus iuri solum à lege statuto. Item Portuus, & Rex possunt concedere priuilegia circa materialia sibi subiecta, quia iuri solum est; Episcopus vero & magistratus solum in materia, quae illis subicitur, & circa cuius observationem in subditos cogere possunt: sic tenet supradicti Doctores.

2 Ex quibus constat, quibus personis concedi possunt priuilegia: si enim priuilegia sunt dispensativa legis, solum subditis, qui legi actuatur, possunt concedi: si autem sint facultatis concessione, non solum subditis, sed etiam non subditis, concedi possunt: potest enim Rex clericis, tam naturalibus quam exteris, & quibuscumque forentibus, permittere aliquos coniugium in suo regno, quia illi sunt prohibiti. Item potest permittere extrahere ex regno arma, cibos, & alia, quae subditis prohibentur. Ergo priuilegium concessuum facultatis non subditis dari potest. Ratio est, quia per huiusmodi facultatem & priuilegium nos actuar priuilegiatus ad viu illius, sed libere omnitem potest. Ergo sicut est capax cuiusvis donationis, ea cum estiam est huius priuilegii. At quia priuilegium involuit respectu aliorum, qui priuilegiati non sunt, rationem legis obligantis, ne priuilegium in viu priuilegij impediatur: ideo haec priuilegia concessa a Princeps non subditis, debent esse de materia, quae Principi subiecta, & circa quam subditos cogere possit: sic Doctores supra relati.

## PUNCTVM V.

An in concessionem priuilegij causa aliqua requiriatur.

- 1 Ad licitam concessionem semper causa requiriatur.  
2 Secus ab eius valorem, nquam tamen sic datur præsumitur.

3 Erro esse potest de valore priuilegij, vel de licita illius concessione. Si de licita illius concessione loquuntur, semper

semper causam habere debet. Nam vel priuilegium est dispensationum legi communis, & tunc omnes concedunt ratione dispensationis cui am adesse debere, ut licet legislator procedat alia non feruare iustitiam distributivam, si pro sua voluntate, nulla alia causa intercedente, aliquem à communione legi eximere. Si autem est parum beneficium Principis, neque alicui pertinet, nec iuri communione derogans, etiam causam honestam habere debet, ut licet concedatur: alia prodigalitate, & vitio acceptio personarum arguitur, & occasionem dabit iniuria, & perturbatione reliquias alios non priuilegiatis: & ita tener. Suarez lib. 8. cap. 21. num. 2. Salas disp. 17. sect. 4. sub num. 29. Salas dis. 17. sect. 4. num. 2. Salas dis. 17. sect. 4. sub num. 29.

etiam contra tenet. Sanchez lib. 8. de dispensat. disp. 1. num. 2. Causa autem concedendi priuilegium, non est necesse, ut immunitate bonum communione recipiat, quia priuilegium est lex propria, & primario bonorum priuatum recipit, quare si in remunerationem alicuius virtutis, scientiae, vel laboris priuilegii concedatur priuilegium, sufficiens non est statu eius concessio, quia haec causa particularis mediae ad bonum commune dirigunt, quae sunt religionem, pietatem, vel iustitiam, sic Salas dis. 17. sect. 4. sive.

2. Quod si de valore priuilegio loquamur, si legislator velit dicere aliquam causam, validum est priuilegium, quia semper est de sequitur iolum à voluntate legislatoris pender, nam si priuilegium est purum ab officiis, et a bonis illi iubet, & quodcumque pote est dominus: si autem est dispensatorium suæ legis, sic potest regum totam abrogare, ita potest limitare illius obligacionem, & ratione illius limitationis aliquas personas exceptare, sic Suarez, Salas, & Sanchez sup. à cum communione. Quid secundum est indulgentiarum concessionem, quia tunc dispensatione nomine Christi, de eius meritis, & reliquo Sancto, cui dispositione Christus non censetur consentire, nisi quando rationabilis est, & ex iusta causa procedit. Dixi valere priuilegium, ut legislator velit dare ab illo causa, quod nunquam est praemundum quia nunquam debet delictum præsumi, praeterea in Principe, & ex dictis constat esse delictum, si ab aliquo causa concedatur. Ex quo fit sepe inuidum esse priuilegium, quia causa ob quam fuit concessum, vere non est, sed falso adsegit, ut infra dicimus: quando autem priuilegium bona fide pascit, vel Princeps motu proprio priuilegium concessit, semper presumit debet, ut supra concessum, quia stat præsumptio pro superiori. sic Salas sup. à sect. 4. num. 30.

## PUNCTVM VI.

Possunt priuilegiatus vti suo priuilegio in quolibet loco, etiam extra territorium concedentis,

1. Pro omni loco concedentis vales priuilegium.
2. Si à concedente limitatur pro aliquo loco, extra illum non potest extendi.
3. Si priuilegium sit dispensatio alicuius impedimenti, re habet redditum pro omni loco, ac si impedimenti non habuisse.
4. Si vlti in priuilegio non est extra territorium concedentes prohibitus iure communis, aut speciali constitutione illius loci, vlti illo poteris.
5. Si obstant legibus, & constitutionibus contractum recipientibus.
6. Expeditus, vlti possit priuilegio ab Episcopo concessa, si eius vlti obstat legibus communibus, vel municipalibus illius loci, qua transiit. Defenditur, ut probabilitate vlti non posse, si vlti aduersetur speciali constitutioni illius loci, scilicet si communis.
7. Propinquus aliquis obiectio.
8. Illi fit satius.

1. Primum certum est priuilegium concessum absolute, & sine via limitatione valere pro omni loco, & territorio concedenti; quia non est maior ratio de uno loco, quam de alio. Ego ne inveni est, ambiguum, & incertum pro omni loco inveniendum est. Adeo, si legislator non vellet pro determinato loco priuilegium valere, ipso se debet explicare: cum autem non se explicauerit, prudenter intelligimus pro omni loco concessum, præcipue cum se regnus ss. contra eum, qui legem apertius diceret posset, est interpretatio facienda, sic Suarez lib. 8. cap. 26. num. 2. Bonacina disp. 1. q. 3. p. 5. num. 1.

2. Secundum certum est, si ab ipso concedente priuilegium limitetur pro aliquo loco, extra illum extendi non posse, quia non potest extendi ultra intentionem concedentis, cum ex casis intentione, totus valor priuilegii peadeat: haec autem limitatio colligi potest, vel ex verbis, quibus priuilegium conceditur, vel ex fine, ob quae conceditur, vel ex materia circa quam conceditur. Quando ex verbis priuilegii limitatio constat, tunc concessio est clara, ultra illa extendi non posse, si vero verba sunt in differentiatione, & ex fine, aut ex materia concessionis appearat pro aliquo determinato loco priuilegium concedi, ultra illum extenderendum non est. Hac ratione dicunt plures Doctores priuilegium Bullæ cruciate concessum Hispanis comedendi la-

civicia tempore Quadragesima, non posse extra Hispaniam exendi, quia ob inopiam pscium Hispanis conceditur. Etiam tamen non esse hunc fiuum, sed ieiunij rigorem temperare facilius bullam, ob subfusum, & elemosynam ab ipsis datum: alias habitantes in locis maritimis, vi sunt plures in Hispania, priuilegio illo vi non possent. Sed quidquid sit de hoc exemplo, regula est certissima, vndeconque conicit fiuum concessio esse pro loco limitata, non debete ultra illum extendi. Hic autem finis ex tenore ipsius priuilegij cum antecedentibus, & consequentibus, & ex materia ipsius concludantur est.

3. Tertium certum est, si ratione alicuius impedimenti, inhabilitatis, irreverentie, impediatur functionibus communibus, & dispensariis in supradicto impedimento, vltibet poteris vlti functionibus communibus, ac si impedimento nusquam fuisset ligatus, hoc enim non est concedere priuilegium pro omni loco, sed tollere impedimentum, quod tuam habilitatem impidiatur: sic vorax impeditus ob votum castitatis, vel ob afflictionem contractam perere debitur, si dispensationem impedimenti obtineat, vltibet debitor poteris potest: & irregularis, suspensus, & excommunicatus, qui ratione excommunicationis, suspensionis, aut irregularitatis impeditus erat ordines, aut beneficium suscipere: si dispensationem obtineat, habilius vbiique manebit, sic Th. Sanchez lib. 8. dispensat. disp. 3. num. 17. aduersus aliquos num. 16. latos.

4. Quartum certum est, si vlti cui priuilegium illo in loco, qua transi, non est prohibitus iure communis, neque aliqua synodalium, aut municipalium constitutione, te illo vi posse, quia aliunde, quam ex iure communis constitutione, aut mandato speciali p. prioris illius loci impediti non posse. Neque obstat, concedentibus tibi priuilegium exercere iurisdictionem extra territorium suum; quia non exercere iurisdictionem contentiosam, cum stipuli judicis, sed voluntariam, quam vbiique exercere potest.

5. Quintum est certum, si priuilegium vlti obstat legibus, & constitutioibus recipientibus contra: vlti vel bon in communione illius loci, qua transi, quibus legibus diximus in omnium sententia peregrinos, & foedatos tereti, te illo priuilegio vlti non posse extra locum concedens, quia concedens non habet potestitatem ( vt suppono ) te à iurisdictione superioris illius loci existere, qui non est superior illo: ac p. o. non potest te liberare ab obstructione illarum legum, quia tali peregrini, & foedatos tenentur. In his consentiant Doctores, vlti conitat ex Suar. & Bonac. supr.

6. Difficultas est, an vlti possit priuilegio à tuo Episcopo concessio, quando in alieno territorio existit: si eius vlti obstat legibus communibus, vel specialibus constitutionibus, aut mandatis illius loci, qua transi: v.g. Obiunctu priuilegium eligendi confessorem, comedendi carnes diebus prohibitis, non rec. tardi horas, laborandi festis diebus, legendi libros hereticorum: quae omnia possunt esse & prohibita lege communis, & speciali aliqua constitutione, aut mandato. Difficultas ergo est, an possit vlti illo priuilegio, vbi coniat ex?

Centro resolutionem huius difficultatis pendere ex illa, an forenses teneantur legibus, constitutionibus, & mandatis loci illius, qua transi. Nam in sententia illorum, qui dicunt non tenari, manifeste inferunt vlti non posse priuilegii supradictis: siquidem mandato, lege, aut constitutione locali impediti non potest. At quia nos, vt probabilius, resoluimus, forenses non solum legibus per modum statuti, sed etiam per modum sententia, hoc est, constitutionibus, & mandatis localibus legi, scilicet ligantur vicini, & naturales: ideo censeo te supradictis priuilegiis vlti non posse, si illo in loco, qua transi, est speciali aliqua constitutione, aut mandato prohibitus illorum vlti: quia ab obligatione illius constitutionis, & mandati, quam contrahis ratione transiuntur habitacionis, exemptus esse non potest vultus priuilegii alibi tibi concessi, quia priuilegium illud non est ab aliquo, qui potestarem habeat remittendi obligationem impositam tibi p. superiori illius loci, qua transi: quia non est superior illo, & ita docet Suarez lib. 8. cap. 26. à num. 7. Salas disp. 17. sect. 10. num. 54. Bonacina disp. 1. q. 3. p. 5. num. 6. num. 4. Aduerte, esti Bonacina: & Suarez, cum de obligatione forentium legibus loci, qua transi, loqueretur, affirmarent, non tenari mandatis, & sententia superioris illius loci: nihilominus in presenti dicunt priuilegatum his tenari: neque vlti possit priuilegio eligendi confessorem, aut comedendi carnes, si specialiter prohibetur à superiore illo loci, quod non videur satis consequenter. Aduerto secundo ex benigna interpretatione voluntatis superioris illius loci, qua transi, praefatim potes te obligari non esse eius legibus à quibus in tuo territorio exemplus es, & quia specialiter loci illius non sunt propriae, sic Salas disp. 17. sect. 10. num. 56. Bonacina disp. 1. q. 3. p. 5. num. 6. Suarez. furor.

Si autem vlti cui priuilegium non sit contra aliquam specialem constitutionem, aut mandatum loci illius, qua transi, sed solum adulteretur legi communis æque in tuo, ac in alieno territorio obligari, vt probabiliter existimo ex exemplum esse, licetque vlti posse tuo priuilegio, quia obligatio illius legis cada m

O 4 est

DE  
ASTRO  
PALAD  
TON.

est in tuo, ac in alieno territorio, sed ab obligatione illius legis exemplius ex virtute priuilegii : ergo ubique exemplius es. Et confirmo. In lege communis, & generali non dispensat Episcopus, nisi ex commissione Pontificis ; sed si Pontifex dispensaret, valeret dispensatio, & priuilegium pro omni loco. Ergo etiam valet, quando dispensat Episcopus. Quia ratione dicunt communiques Doctores dispensatum ad plura beneficia à legato Sedis Apostolicae, possit vobis ea tenere, & accipere, quia nomine Pontificis dispensatio in iure communis facta est : & ita docet Suarez libro 8. cap. 26. à num. 15. & seqq. Salas disp. 17. sect. 10. Bonacina disp. 1. qu. 3. punct. 6. num. 4. Sanchez l. 8. de matrimonio. 3. num. 17. Azor. l. b. 5. cap. 23. que. 6. & alij plures ab eisdem relata.

7 Sed obiectus primo. Si ea, quae sunt prohibita iure communis, speciali etiam constitutione, & mandato superioris illius loci prohiberentur, priuilegium te liberare non potest ab ilorum obligatione : ergo neque liberat, quando solum iure communis sua prohibita. Probo consequentiam, quia prohibicio specialis non addit speciale obligationem ; alias grauius deliquerint iubet, quories à pluribus superioribus illis materia proibit. Secundum Episcopum illius loci tibi prohibere potest vobis priuilegium à tuo Episcopo concessi : quia constitutionibus, & mandatis illius Episcopi, ubi resiles, obligari, sicut exerci committentes. Item si est priuilegium de non iejunando diebus prohibitis ab Ecclesia, potest tibi imperare iejuniu, cui præceptio debet obedi. Ergo signum est priuilegio non integrum liberatum te esse à præcepto. Tertio ideo teneris seruare statuta, & leges loci, quae transi, & quia per habitationem etiam transeuntem factus es pars illius loci, & est inconveniens, quod pars discordet à toto, sed eadem ratio, inquit, efficiatur militaris in lege ymptis. Ergo. Quartio ideo priuilegium sui Episcopi non iejunandi, non te eximit à constitutione, & lege iejuniu alterius Episcopi, quia est diversa lex, & diversa obligatio ab ea, à qua dispensationem obtinuit ; sed lex communis, & generalis, esti physice una, & eadem in omni loco videatur esse : at morales, & secundum obligationem, in qualibet loco distincta est, quod ex eo sufficiens confit, quia abrogari potest conseruandae in uno loco perferendae in alio. Ergo licet tuus Episcopus tibi priuilegium concesserit in lege communis, non inde infetur in omni illius obligatione concessisse, sed solum in obligatione sui restrictio. Ergo obligatio alterius territorij, quia transi, te ligat.

8 Verum esti haec argumenta, & pricipue quarum satis probabilem reddantur sententiam affirmantem priuilegium à tuo Episcopo concessum nos te liberare ab obligatione legis communis quodammodo in alio Episcopatu commoraris : nihilominus, quia contrarium est communis receptum, ideo refutandum est. Quare ad primum dicimus non probitionem factam per statutum speciale, non addere supra communem legem speciale obligationem in his, qui lege communis ligantur ; quia omnem obligationem, quam inducere potest, habent iam à lege communis : at in his, qui à lege communis exempti sunt, valer obligacionem inducere, quia non est rite impeditur.

Ad secundum nego Episcopum illius loci, in quo transeuntes resiles, ubi impedit posse vobis priuilegium à tuo Episcopo concessum, nisi ex subregione arguitur, neque impetrare iejuniu, quo iam exemptus es, nisi aliquam speciale, & honestam causam habeat : potest tamen tibi impedit vobis priuilegium, quounque illi priuilegium manifeste, quia ad manifestationem te obligare potest. sic Suarez illo cap. 26. num. 17. Ex quo si, si licetiam habetas celebrandi, administrandi factamenta, eligendi Confessorem, comedendi carnes diebus prohibitis, &c. debere Episcopum examinato priuilegio tibi liberum vobis relinquere.

Ad tertium concedo ideo forentem obligari constitutionibus loci, quia est factus pars illius, & non habet priuilegium exemptionis ab illorum obligatione : at quia ab obligatione legis communis habet priuilegium exemptionis, ideo legem communis non teneat.

Ad quartum concedo te obligati lege, & constitutione municipali, quia est diversa lex à diverso legislatore prouenientia, à quo non habes exemptionem : at non obligari lege communis, quia esto in diversis locis habeat distinctam obligationem, ab omnibus illis exemptus es per priuilegium concessum ab ipsorum legislatore, nomine enim ipsius tuus imminutus Praelatus priuilegium, & dispensationem concessi : & cum dispensatio fuit facta abolitur, pro omnibus locis debet intellegi.

### P V N C T U M VII.

Vtrum priuilegiatus teneatur suo priuilegio vti.

<sup>1</sup> Nemo teneatur speciali priuilegio vti.

<sup>2</sup> Excipiatur, nisi per priuilegium legi subiectatur, cum anterior subiectus non esset.

### 3 Explicatur supradicta limitatio.

<sup>1</sup> R Eolutio communis est neminem tenere suo speciali priuilegio vti, cap. si de terra, de priuilegio. quod enim in favorem alius factum est, non debet in gravamen eius reverti, ex regn. 61. de regul. iuris in 6. Neque contra hanc resolutionem obstar, quod clericus debet vti priuilegio fori, & canonis, si casus occurrerit, quia non cogitur vti priuilegio sibi specialiter concessio, sed priuilegio concessio clari clericali : & cum ipse statum clericalem à se abdicare non possit, neque etiam priuilegium poterit abdicare.

<sup>2</sup> Aliqui limitant supradictam resolutionem, dammodo per priuilegium non fiat obstat, qui ante illicet erat, & legi subiectus : nam in huiusmodi casu teneat priuilegium suo priuilegio vti. Exemplum adhuc in præcepto audiendi Missam tempore interdicti, quo ratione interdicti excludatur : at si priuilegium habetas audiendi Missam tempore interdicti, illam audire debet. Ecce qua ratione priuilegio vti cogitur : si Bonacina disp. 1. qu. 2. punct. 4. fine. Idem est in coniuge votum castitatis habente, qui ob matrimonij ius teneat redde debitum potest : at si alter contum adulterium commisit, jam ratione illius excludatur à redditione & non solum exceptatur, sed neque potest reddere, quia tunc votum castitatis feruari potest, vt docet Sanchez lib. 9. de matrimonio. disp. 6. num. 15.

<sup>3</sup> Verum, vt recte notavit Suarez lib. 8. de legib. cap. 23. n. 9. circa finem, haec non est limitatio communis resolutionis, quia obligatio in supradictis casibus non provenit ex priuilegio, sed ex voto aut Ecclesia præcepto, nam in illo casu interdicti priuilegium tollis interdictum respectu priuilegia: sublato aurem interdicto, præceptum Ecclesie manet, quo priuilegios oblitigatur. Ergo non ex priuilegio, sed ex præcepto Ecclesie nascitur obligatio. Et idem est in illo coniuge votum castitatis habente, impeditur enim ab oblatione voti ob ius alterius coniugis potestis debitum, quo iure priuat per adulterium, & si celstis impedimentum, quod coniugis innocens habebat feruandi integrum votum, tenetur ergo posito adulterio illud feruare, quae obligatio non ostendit formaliter ex priuilegio obtento per adulterium, sed ex voto facto.

### P V N C T U M VIII.

Vtrum priuilegiatus vti possit suo priuilegio aduersus partem priuilegiatum?

<sup>1</sup> Affirmative responderetur.

<sup>2</sup> Quid dicendum, si in re diversa alius priuilegiatus sit?

<sup>1</sup> C Onclusio est affirmativa, & ratio evidens, quia si tuum priuilegium æquale est alteri priuilegio illo non derogabitur : vt ergo illo poteris, non obstante alterius priuilegio. Explico conclusionem. Exemptus es à decimis solvendis, alius item similius exemptus est, exemptio alterius non potest tuam impedit, sed ex omnino per accidentem, alia impedit simili plurius idem priuilegium exemptionis concedi, si vobis priuilegium alterum impedit posset : sic Couart. in reg. possessor. 2. p. 8. 2. num. 4. Suarez lib. 8. cap. 23. num. 3.

<sup>2</sup> Difficiliter ergo solvitur est, an ut possit tuo priuilegio aduersus illum, qui in te non simili, sed diversa est partis priuilegiatus : v. g. exemptus es à decimis solvendis : alius habet priuilegium accipendi decimas à quocunque, qui in suo territorio existit. Item habes priuilegium, ne ob debita possis vinculis alligari, alius vero habet priuilegium comprehendendi quemlibet fisi debitorum, poterit ut vti tuo priuilegio : nam si illo viae, iam tuum priuilegium superius est alto, siquidem praeter aduersus illud.

Dicendum ergo est in supradicto casu te vti posse tuo priuilegio, nisi per priuilegium alterius sit specialiter derogatum, quia cum tuum priuilegium sit speciale, & aliud sit generalis, speciale praevaleat : quia generi derogatur per speciem. ex reg. 34. 2. num. 1. Neque obinde sit tuum priuilegium praevaleat aduersus illum, quia in generali subintell. sumunt excepti priuilegiatus specialiter : sicut in omni lege generali subintelliguntur excepti qui priuilegium exemptionis haberint : & ita non sunt priuilegia formanter contraria, licet videantur esse, sed unum est generale, & aliud speciale, non specialiter opponuntur generali, sed ab illo exceptum. & ita tradit Emanuel Rodriguez tom. 1. q. 9. reg. quæst. 9. artic. 11. vbi duplice exemplo conclusione illud stat, que ibi videri possunt, & tradit optimè Salas disp. 17. sect. 14. sub num. 74. Quod si priuilegium repentinus contraria, neque aliqua via appareat, quomodo concordiam reduci possint, ut verumque valeat, cum examinandum est, quod sit antiquus, vel ab aliorum Praelato concessum. & illud iudicandum est præualeat : aliud vero illi contrarium cessat. sic Suarez lib. 8. cap. 23. num. 5. & 6. Ex quo colligit Emanuel Rodriguez supra. Si aliquod monasterium adificatum priuilegio gaudeat, ne aliud intra certas canas adificetur, & alteri sit concessum intra canas illas adificari, nisi supradicto priuilegio derogatur.

ter, non censemur habere priuilegium aduersus monasterium  
prius privilegiatum, quia non censetur Princeps veille iuri alte-  
rius acquisto derogare, nisi illius expressè meminerit.

P V N C T V M IX.

Qua ratione priuilegium interpretandum sit.

- 1 *Priuilegium verbi clavis concessum interpretatione non indiget, in dubio potius meus, quam verbi inherendum est.* Ex supplicatione colligenda concessum.  
 2 *Priuilegium dregans iuri communis, vel alteri nocens, secundum hanc partem odiosum est, aliquando quod unius est odiosum, alteri est favorabilis.* Tunc est mixtum.  
 3 *Ex priuilegiis interpretatione fernanda est ex verborum proprietatibus, qua defumenda est ex usu, & stylo concedentis.*  
 4 *Nos si facienda ita fricta priuilegiis interpretatio, ut reddatur priuilegium inutile, & priuilegium extenditur ad necessaria connexa.*  
 5 *Quia sit lata interpretatio. Quia sit lata?*

*Qua sit lata interpretatio. Qua sicut*

**A**liqua sunt, in quibus Doctores conuenient. Primo, Doctores conuenient, si priuilegium fecerit verbis claris sufficiente intentione concedentes experimentibus, interpretatione non indigentes, quia interpretatio est ad investigandam voluntatem concedentes, ex qua tota efficacia priuilegii pendet. Siergo hacten ex ipsius verbis apparet, superius canente erit alia diligenter. At fapte concingit aliud sonare rebus, aliud confitit et manifestus concludit, esse ex mente concedentes, tunc positis mecum, quam verbi inest habendum est, ex cap. in hu. de verbis significatis, ibi, non sermoni res sed res est formae subiectus. Non invenio verbis, sed verba dolent intentionis souina. Idem colligitur ex cap. Martinis, i. q. 1. c. 2. s. 2. cap. sedula 3. 8. d. et alius, et tradit acrostichis, c. 4. 2. 3. quatuor 2. Sylvestris priuilegium, quiescit, Salas disp. 17. sedis num. 4. 5. et disp. 20. sedis 10. num. 90. §. quarti. Si vero videtur indifferencia sicut obiecta, et incorcta, tuoc attendenda est supplicatio: nam Princeps precibus filii facit se foler accommodare, ex l. p. Precess. de leg. b. cap. iusti dictos. Scilicet, auctor de filio instrumento et regno Matieni, lib. 5. recopilat. 2. leg. 1. gloss. 2. num. 3. Guitierr. lib. 3. præc. 99. 17. 18. n. 42. Op. 43. Salas d. 17. 5. 9. 9. Bonacora lib. 3. qu. 2. cap. 7. num. 3. Suarez lib. 8. cap. 23. num. 19. Dende accedit debet innotescere ipsius inducit, quia iuxta illud religio solent adiungi. L. de lebre, inst. Item materia, circa quia priuilegium versatur, quia ex re, et materia subiecta optimè intentio Principis investigator : ac denique passim summus spectate aliud minus priuilegium. Et ex illo interpretationem summe. Quod si adhuc res sit dubia, nec proibilitate per receptam doctrinam definiti potest, (inquit Suarez, Salas, et Bonacora) ut ipsa alios referentes) confitit debet Princeps, nisi aliquod sit periculum in motu: nam si est, ut licet, quod secundum prudentiam

2. Deinde duplex est priulegium, aliud dicitur derogans  
iusti communis, vel alicuius tertii aliud, quod nemini nocet. Pri-  
ulegium, quod derogat ius communis, vel alicuius tertii, fecun-  
dam hanc rationem odiosum est, quia documentum, & grau-  
men continet. Priulegium vero, quod nemini nocet, fauorib-  
ile est, quia fauorem, & gratiam continet nullo gravissime mix-  
tam: si etsi autem priulegium vni fauore, nocendo alteri, &  
tunc priulegium est mixtum ex odio, & fauore, quale est pri-  
ulegium exemptionis à decimario solutione: ut autem hoc  
priulegium reputandum sit absolute fauorable, vel absolute  
odiosum, precepsa est cœla, ob quam conceditur, quæ si bono  
communi & religione maximè fauor, censendum est priulegium  
fauorable.

3 Item in privilegiis interpretatione seruanda est verborum proprietas, quod fieri possit. Quia si ad impropias significatio- nes licet recurrere, nihil in privilegiis esse firmum: sit glossa in Clem. litera de prebandi, verbo dilectus. Bonacisa disp. 1. qn. 3. part. 7 §. 1. m.s.m., Salas disp. 17. s. t. 8. num. 47. & 49. Suarez de la Fuente, cap. 28. num. 15. & 16. Thom. Sanchez lib. 8. de dispensat. disp. 1. num. 1. sive 1. cap. 1.

Hæc autem proprietas verborum attendenda est penes vsum, & stylum concedentes: ut si prælegium sit regum, attendens est stylus Regis, & Pontificis, attendens est stylus Ponificis, qui iam apud cognitores forent concedentes, quæ per interpretationem inueniuntur gaue, sic ex Bald. I. si quando. 1. C. de benn. vris an. iiii. lib. 10. Sylvestri puer prælatus, quæst. 3. Azot. lib. 5. cap. 23. quæst. 2. tractat Sals. num. 49. Bonac. n. 2. Suarez. num. 16. vbi variis exemplis doctrinam declarat, in qua eum, si prælegium concedatur Episcopio pro suis familiariis, ut concedatur in Trident, intelligi debet de familia suis, qui acti familiantur, non de illis, qui per litteras ad familiare recepti sunt, iuxta cap. 11. de verborum signis. In de quia hi in tigore, & proprietate famili non sunt, sed esse in famulos. Item si concedatur facultas ministrandi numerum militorum Ecclesie ob pennatum redditum, non intelligitur

concessa ad augendam numerum, etiamque redditus crescant  
quia minores non significat propriæ augere. Item privilegium  
etica modum secundi interdictum non extendit ad celsitudi-  
nem à diuinis, qua illa duo diversa sunt. Et ob eandem ratio-  
nem prius privilegium ascendi ad maiorem dignitatem, non intel-  
ligitur ad accipendam aquilam, capicidet de translat. Episcopatu-  
m propter privilegium datum regularibus transtulendi ad arctorum re-  
ligionem, capicidet de regularibus, non intelligitur transtulendi ac-  
quæ arctam. Similiter facetas concessi prouidendi primam  
probantibus vacantes per decessum, non intelligitur data, f-  
vacuerit per renunciationem, vel cessionem, quia vacante per  
decessum, vel per renunciationem distincta sunt, caput secessum, de-  
probandum, in 6.

4. *Rufus* nonquam est facienda interpretatio priuilegij ita stricte, ut reddit priuilegium inutile. *lege non datum. C. de legibus,* quia inutile, & frustram actionem efficeret. non debet Priscipem. Quapropter cum priuilegum tendat ad concedendum aliquid priuilegio, quod alias ei non licet, tempore extenda est interpretatio, quantum fieri potest, ut hunc effectum operetur, & neque contenti esse debemus, ut confirmet quod alias licet priuilegio, nisi ad illud manifesta ratio cogatur tradit Nauart. *sensu, cap. 12. num. 7.9.* & in apologeto de redditibus, *quest. 3. membr. 6. num. 3.* Salas de legibus, *diss. 17. secl. 8. num. 46.* Suarez lib. 8. de legib. cap. 2. num. 8. Ex quo fit priuilegium, seu dispensationem, quantumvis odiois sit, extendi debere ad ea, quae illi sunt necessaria conexa, & sine quibus effectum habere non potest, quia in forma, sed consequenter que ad illam requiriatur, sic Angel. verbo dispensatio, *num. 9.* Sylvestri, *qual. 5. num. 9.* Bonacina *diss. 1. qua. 3. punct. 7.5. I. num. 5.* Suarez lib. 6. *ap. 1. num. 10.* Sanchez lib. 8. de matrimonio. *diss. 1. num. 19.* vbi pluribus relatis docet dispensationem ad plena beneficia, simul esse dispensatum in residentia virtutis, & dispensatum in minoriestate, ut bene dicunt parochii ad habeant, eis dispensatum in obligatione assumendo intra annum lateracionum & parochium dispensatum, ne intra annum ordinetur. simul esse dispensatum, ne eius beneficium vacari possit, qui non vacans nisi ob culpam, quia nulla est stancie duplicitas. & idem alii relatis docet Sanchez *num. 14.* de Episcopo cui etiam dispensationem concessa differtenti consecratione vita tria mensies a iure prescriptis; non, inquam, cum beneficio vacari posse, quia nulla committit culparum. Aliud etiam exemplum adducit *num. 27.* quod mihi optimè probatus; inquit enim, si cum illiciuntur, vel a iis irregulari dispensetur ad omnes ordinis, vel ad sarcos ordinis, dispensari simul ad beneficium aliquod simplex, quo possit ordinibus insigniti, quia sine hunc modo titulo deinceps promoueti in factis ex Trident. *soll. 21. de reforma.* Neque obstat habere patrimonium, seu pensionem, quia pensio aut patrimonium dominus per se sufficiens ad ordinis factos recipiendos, nisi adit necessitas, val vivitas Ecclesie.

Stores.

P V N C T V M X.

Quod priuilegium latè, vel strictè interpre-  
tandum sit.

1. *Priuslegium, in nullius praedictum cedens iudicis est interpres et preandum.*
  2. *Priuslegium derogans iuri communis regularius est stricte interpretandum.*
  3. *Explicatio exemplis.*
  4. *An extendatur hac doctrina ad priuslegium derogans statuto, vel consuetudini speciali.*
  5. *Limitatior doctrina in priuslegio cedente in favorem religionis vel pia cause.*
  6. *Item in priuslegio in ore in iure communis.*
  7. *Item in priuslegio ex certa scientia concesto.*
  8. *Priuslegium derogans alterius iuri stricte interpretandum est. Quod in priuslegio ad iures ad beneficia &c.*
  9. *Priuslegium derogans vari communi, an debitis contineat clausulas derogatorias expresse? Resolutio negativa.*
  10. *Limitatior doctrina, dummodo ius commune priuslegio non resistat.*

**D**ico primo. Privilegium, quod in nullius praesudicium  
colitur, est interpretari, ex e. p. solis, de verbis  
significatis, cum quia est purum bene dicere. Principis, quod latam  
admit et interpretari, est. I. beneficium s. de confusione. Princip  
tum erit, quia fatus, et gratis, et e. amplanda est, ex e. ho  
modi, s. de condit. Et demonstr. Q. Lictio quisam, s. de liberti. Q.

posthumis, & ex regula iuris, *o* lia restringi, siuores conuenit ampliar. Neque oblat, si dicas priuilegium nunguam esse ita favorable, qui etiam aliquod praejudicium afferat; affer enim praejudicium concedenti, qui priuilegi concessione priuatur potestate, alius idipsum donandi: praejudicat item alii sua singularitate, & exceptione. Ergo ex hac parte limitandum est. Non, inquam, oblat; quia praejudicium concedentis est ab ipsomet concedente intensum; eo enim ipso, quod concedit beneficium, & suam mentem non satis explicat, praeiunxit concedere ampli, qui sic debet eius liberalitatem: singularitas autem, & exceptio priuilegiis, si ex iusta, & rationabili causa facta est ( ut semper praeiunxi debet fieri ) alius non necet, sed potius vilius est; quia illa incertant ad finale priuilegium merendum. sic Salas *d*isp*u*t*a*.*17*, *sec*t*o*.*6*.*nu*m*.44*. Bonacina *d*isp*u*t*a*.*1*, *que*s*3*, *punct*.*7*, *§*.*1*, *nu*m*.4*. Suarez lib*o*.*8*, *cap*.*2*.

2. Dico secundum. Priuilegium derogans iuri communis regulare est stricte interpretandum, ex cap*o*.*su**2*, *cap*.*porr*, *de priuilegiis*. Ratio est manifesta, quia non pars derogat legi communis, includit dispensationem, qua stricte est interpretanda. Adeo bonum communis regulare est particulari praefundendum: ac proinde in causa dubio pro iure communis, & non pro partculari priuilegiis est indicandum: & ita docet Panormitanus in cap*o*. *quod dicitur*, *de confanguntur*. & affinit*o*, *cap*. *qua* *circa*, *de priuilegiis cap*o*.*3**, Suarez lib*o*.*8*, *cap*.*27*, *nu*m*.5*. Thomas Sanchez lib*o*.*8*, *disp*.*1*, *nu*m*.1*, & Bonacina *5*. Salas *nu*m*.44*, & alii plures ab eisdem relati.

3. Ex his sit, si illegitimum concedatur priuilegium ad ordinis, in intelligendum est de minoribus ordinibus: tum quia pertinens in genere mediocriter recipit, ex *I*, *fin*.*S*.*1.C*, *communi* *de legatu*, & *L*egato generaliter, *ff*. *de leg*.*1*, ac ordinis minoribus sunt medi inter tonitutam, & lacros. Ergo. Tum etiam, quia est odiosa dispensatio: & sic quoad minus fieri possit, debet admodum ius communis. sic Doctores statim referendi. Excepte, nisi iam ille *icitur* minoribus esset insignitus, & tunc ne priuilegium esset fructuane, & inutile de maioribus debet intelligi. sic Sylvest*r* *verb* *clericis*, *I*, *que*s*3*, *4*. *verb* *priuilegiis*, *que*s*3*, *Salas* *d*isp*u*t*a*.*17*, *§*.*8*, *nu*m*.49*, & *50*. Bonacina *d*isp*u*t*a*.*1*, *que*s*3*, *punct*.*7*, *§*.*1*, *nu*m*.10*. Azor lib*o*.*5*, *cap*.*23*, *que*s*2*, Suarez lib*o*.*8*, *cap*.*28*, *nu*m*.16*, Sanchez lib*o*.*8*, *disp*.*1*, *nu*m*.25*, qui hoc limitat cum Bellaneta, quando Pontifex dispensata noui illegitimum minoribus initiatum, fecit si id ignorabat. Idem docet Salas *d*isp*u*t*a*.*10*, *nu*m*.91*. Quod ille Ponit*er* dicat. Dispensatio cum illegitimum ad omnes ordinis, de minoribus, & maioribus est intelligendum: & quia causa addita est illi particula, omnes, ut ordinis etiam faci intelligentur, sic glossa *cap*.*fin*, *verb* *ad omnes*, *de filio presbyter*, *in 6*, & alii relati a Sanchez *supra*, quos ipse sequitur. Item si cum illegitimum, vel alios irregulari dispensetur ad beneficia, priuilegium, & dispensatio intelligenda est de simplicibus, non de dignitatibus, & curatis. sic Salas *d*isp*u*t*a*.*17*, *§*.*8*, *nu*m*.50*, Bonacina, Sanchez, & Suarez *supra*. Si vero dicit Princeps: Dispensatio cum irregulari in irregularitate, quam habet, centeretur collere vinculum omne, ac proinde habeat redire ad omnes ordinis, & beneficia. Adeo in illis verbis non esse fundamentum vilium, ut possit magis de ordinibus, quam de beneficiis intelligi. Ergo de *virtuoso* est intelligendum dispensatio, ambigua, & incerta, ac inutilis reddituar, sic Sanchez *supra* *nu*m*.28*.

4. Sed inquires, an extendenda sit haec doctrina ad priuilegium derogatum statuo, vel confusitudini speciali.

Respondeo. Probabilis est extendi debere, modo statuum, vel confusione non contrarieari iuri communis, sic Suarez *supra* *nu*m*.16*, Bonacina *nu*m*.8*, esto contra tenet Salas *d*isp*u*t*a*.*8*, *nu*m*.52*. Azor *cap*.*23*, *que*s*1*. Ratio est clara, quia tale statuum, & confusione est in statu communis iuri. Ergo praeferendum est iuri speciali priuilegiis. Ex quo sit dispensatus ab ordinibus, debet intelligi de scribus, extraordinariis, & non ordinariis. sic Sylvest*r* *verb* *priuilegiis*, *que*s*3*, *Salas* *supra* *n*.*16*, cum Bart*o*, *in l*.*2*, *ff*. *de iure communis*. Ratio omnino est, quia priuilegium, quod secum trahit dispensationem in iure communis, stricte est interpretandum: ita ut quoad minus fieri possit, ius commune ladeatur, ex *cap*. *cum dilectis*, *de consuetudine*, & ibi glossa.

Dixi, modis statuum, aut confusione non contrarieatur iuri communis, nam si contrarieatur, tunc priuilegium late explicandum est, quia eius explicatio late fateri iuri communis. sic Salas *d*isp*u*t*a*.*10*, *nu*m*.70*. Sanchez lib*o*.*8*, *disp*.*1*, *nu*m*.11*. Bonacina *nu*m*.9*. Henriques lib*o*.*7*, *cap*.*30*, *nu*m*.3*.

5. Supradicta conclusio aliquas patitur limitationes.

Prima & principalis est, ut non intelligatur, quando priuilegium cedit in favorem religionis, aut pie causa, tunc enim, esti aliquo modo derogare ius communis, late explicandum est; quia summum ius est, quod pro religione facit *i. summa persona*, *ff*, *de elig*, *in sumptu funerum*. Quia ratione priuilegium consonum filii familiis contra communis ius stricte est explicandum; ita ut solum pro filii legitimus intelligatur, iuxta *leg*. *vls*.

7. Ceterum in hac re difficile est ferre iudicium, & regula generali tradie; quia tota perseverantia priuilegii, vel eius decisio pendet ex intentione, qua fuit concessum. Hanc autem incensionem inveniatur, cum verba ipsa clara non sunt, vel ex se, vel ex ityo, aut consuetudine, difficultatem habet. Credetem tamen fatis probabilitate inuestigari posse ex motivo, & causa, ob quam priuilegium fuit concessum. Non quia estiante causa priuilegii certe priuilegium hoc enim non est inveniatur utrum, vt videbimus; sed quia ex ipsa causa concessum inuestigari potest amicus concedens. Causa autem duplicitate esse potest, alia quæ aliqui determinato viuvi priuilegii annexatur, alia, quæ illi auctoritate non est, quando causa ob quam priuilegium concedetur, est annixa alii speciali viuvi priuilegii, neque alii communi: tunc priuilegium illo viuvi cessat, quia solum pro illo viuvi presumitur concessum quod probatur efficaciter exemplo illo adducto à Thoma Sanchez in 4. illustratione, quia illa non est dispensatio voti, sed potius illius obligationis, vt si sacrifici posset dominus Maria illato. At si priuilegium concedatur ob finem, qui pluribus attributis communis esse potest: tunc ex ultimo non esse limitandum priuilegium, quantumvis odiosum, ad unicum actum, nisi ex verbis, aut aliis circumsstantibus context id manifeste Principem voluntate. Quia lietè priuilegium odiosum refringendum sit, quod si illi possit: at non extra proprietatem verborum, & materia libet. Limitatio autem ad vocum etiam extra proprietatem verborum est, quando verba places comprehenduntur: & in hoc sensu Salas, Sanchez, & Bonae, sunt loquuntur.

8. Sed ex clavis nostra doctrina intelligatur, placer dicti cursor per casus, quos adducit Felin, in cap. 2. de iurega, & pace, & ex illo Azor, lib. 5. cap. 23. quæst. 5. Salas de legibus, d. sp. 17. foli. 13. num. 62. Bullos de Leon, lib. 8. cap. 20. n. 12. Tertius dicunt doce plombergeri pro primis tantum nuptiis intelligendam esse vel. dicit promissio, ff. de iure dotum, & ex eo, quod habent in lib. 8. ff. de verborum significati, bi. hoc termino dum nuptiis erat, ubi prima nuptia significantur. Quæ doctrina verissima est, quia dos femel conceda, de se perpetua est: & non solù pro primis; sed etiam pro secundis nuptiis deferuntur potest: excedere autem priuisionem dois, vt non solum pro primis nuptiis, sed etiam pro secundis, & tertis multiplicetur, est extra verborum proprietatem, & materiali subiectam, quæ solum exigunt, vt concedatur summae des compentis eius qualitat, non plures dotes, quæ solum sumptua qualitatibus eius excedunt. Secundum dicunt, si detur alii facultas, & tuo simili beneficia curam animatum habentia obtinetur querat, ad duo prima protenditur, cap. non potest, de probando, in q. quod verum est; quia haec facultas non est propriæ priuilegiorum, sed dispensatio in plurimatis beneficiorum iuri communis maxime contraria, ac proinde strictissime interpretanda. Item est impedimentum ex parte beneficiorum, non ex parte obtinendi illa. Quocirca si illi gratus detur facultas obtemperandi beneficiorum, non obtinente prioris beneficij finitur, sed eo dimissu aliud potest obtemperare, vt ex Sanchez supra resumitur; quia est impedimentum ex parte potest: neque causa dispensationis alii beneficio speciali annexitur. Tertius si facultas data est, vt veniat in verbum in quo publice proficeretur, sicut facultas tanta venire potest: aducunt Bart. in l. 1. ff. ad legem Iuliam, de adulterio. At credo attendandam esse causam concessionis; cui si illo primo aduentu satisfactum sit, vita non esse extendendam concessionem; fecus vero si causa communis sit tam primo, quam secundo aduentum. Quarto potest data arbitrio in compromisso, de prorogando termino compromissi, finitus prima prorogatione. Ratio esse potest, quia causa dispensandi est tenet ex parte compromissi, vt illa prorogatione finatur. Quinto potestis ingrediendi in ecclonia sanctorum natalium primo ingressu finitur, intelligi debet, si datur ob occurrentem necessitatem: fecus si per modum priuilegii. Idem est si datur moniali facultas egrediendi è cœnobio, spetandi, inquam, est causa concessionis, quæ si sit infirmitas, aut alia occurrentia necessitas, prima vice finitur. Sextio facultas data patrino latice, quia posuit, postquam vocum clericum nominauit, alium nominare, vno actu finitur, ex cap. quod autem, de iure parostrans. At hoc intelligendum est, potquam nominatus fuerit.

Ferd. de Castro Sum. Mors. Pars. I.

# DE ASTRO PALADIN

## TOM. II. III.

## P V N C T V M X V.

Qua ratione priuilegium cesseret, cessante causa finali, ob quam fuit concessum?

- 1 Si priuilegium nondum sit integrè concessum, cùm cessat causa finalis, cessat priuilegium.
- 2 Expenditur illa gravis difficultas. An causa priuilegij, & dispensationis Roma concessa verificanda sit tempore concessionis, vel tempore, quo ab ordinario expeditus? Resolutio utroque tempore.
- 3 Priuilegia non habentia tractum successuum, si tempore concessionis adest causa finalis, valent, tametsi postea cesseret.
- 4 Quando dispensatio, seu priuilegium ad effectum integrum productionis non est, si cessat causa, defendit Sanchez, cessat dispensatio.
- 5 Non admittitur iurisprudicita sententia.
- 6 Priuilegium, & dispensatio de obligatione diuiditur, & ob causam similiiter diuiditur, cessat cessante causa.
- 7 Si causa concessionis integrè existit, cum conceditur priuilegium, vel dispensatio, non cessat, cessante causa successiva tempora.
- 8 Quoties ex aliqua causa redditur priuilegij usus iniquus, cessat priuilegium.
- 9 Satis argum. n. 4. adducta.
- 10 An peccet vrens dispensatione, cessante causa illius,

**P**Ræmittenda sunt aliqua, in quibus ferè omnes conueniunt, ut gradum faciamus ad ea, in quibus est specialis difficultas.

Primo, conuenient Doctores: si priuilegium nondum sit integrè concessum, quando omoinducessat causa finalis concessionis, nullam esse illius concessionem, quia cessat intentio concedentis, qua cest concedere priuilegium ob illum finem, sic Tiraquell plures refertur in tractat, cessante causa, tota limitata: 12. Menoch. lib. 4. de presump. 189. circa finem, n. 196. & 197. Sanchez lib. 8. disp. 30. n. 8. & 9.

Hinc deciditur gravis illa difficultas, quando debeat verificari causa finalis priuilegii, & dispensationis, que Romæ obtinetur ad contrahendum matrimonium: an, inquam, sufficiat verificari, quando Romæ impetratur dispensatio, an quando ab ordinario, vel confessore expeditur, utroque tempore verificandum esse causam dispensationis, & quidem de tempore, quo Romæ impetratur, (quamvis Nicol. Garcia 6. part. de benef. cap. 2. numer. 26.) affirmeret non requiri, tunc verificari, sed solum tempore quo ab ordinario, vel confessore exequuntur, (probabiliter cetero oppositum, quia tunc est vera concession, donatio, seu dispensatio ob finem, & causam allegamat, quae si falso allegatur, nulla est concessio ex defectu intentionis in concedente: & est decisio textus in cap. quia circa et de cœlestib[us] in gradibus prohibitis ad matrimonium contrahendum, eo quod si fuerit falso allegata proles, siquidem unica filia, quam habebat ille nobilis, cum quo dispensabatur, iam erat mortua; clarissima deciditur in cap. si ex tempore, de rescriptis, in 6. vbi nulla est prouisio de beneficio curato facta, qui tempore date cetera legitima actare, quamvis tempore collationis illam habebat.

De tempore autem, quo ab ordinario, vel confitore expeditur dispensatio, an tunc debeat causa finalis verificari?

Negat Maillard de probation, conclut. 128. num. 22. vbi in hac verba dicit. Quinto conclusioem declarabis, ut tunc impetrans necessitatem probare narrata esse vera tempore impetrations, per cap. quia circa, de coniunctivis, & affinit. vbi habetur: si quis naret habere filiam, & habeat tempore impetrations, quia postea tempore comprobacionis morua sit, sufficiat probare, se habuisse tempore impetrations, sicut dicunt de lactione probando tempore contractas, in 12. I. voluntate, Cod. de rescind. vendit. si afferuerant Rebuff. in pref. de re scriptis, num. 56. ver. 4. confitit Emauel Sa in vrage editione, verbo gratia, num. 9. & 10. Et ratio est potest, quia ordinario, vel confessori committuntur executo dispensationis. Ergo dispensatio iam ante illorum expeditionem facta est.

Venit probabilissimo illo etiam tempore, quo ab ordinario, vel confessore expeditur dispensatio verificandam esse causam concessionis: quia vere ordinarius, vel confessor dispensat. Quod confitat cum ex verbis induit, quia dicuntur in decretis, si preces veritas invenit, cum illis dispensationes, &c. Tum etiam, quia ante hanc expeditionem dispensationis, si matrimonium contrahetur, nullum erat. Ergo siquid est non esse dispensatum ante, ergo si tunc dis-

penatur, tunc debet adesse causa dispensationis: sic Contra. 4. decret. 1. part. cap. 6. § 9. num. ultima. Mundus, præ signatura titul. de dispensatione, versicul. dispensatio est. Gallico de cognitione spirituali, cap. 1. num. 23. & cap. 4. num. 17. & alij, quos referit, & sequitur Sanchez lib. 8. dispositio 30. numer. 12. Nicol. Garcia illa 6. part. cap. 2. à numer. 270. & num. 289.

Secundū, certum esse debet, si priuilegium sit ex illis, quæ actione ipsius concedentis perficiuntur, neque habent ita etatum successuum, si tempore concessionis vera fuit causa finalis, ob quam fuit concessum, etiam si postea cesseret, non petit priuilegium. Exemplis rem declaro. Abiolutus fuit ex communicatione, dispensatus in irregularitate in voto, velatio impedimento, si tempore dispensationis, vera fuit causa allegata, etiam si postea cesseret non cessat dispensatio, ex reg. 73. de reg. iur. in 6. ibi, factum legitimè retrahari non debet, licet causa postea evenerit, à quo non potuit inchoari. Item donati Petrus centum ob paupertatem, quare habuit tempore donationis, venit postea ad pinguiorem fortunam, non cessat donatio. Ratio est, quia effectus iam consummatus non dependet à causa concessionis, causa enim solùm ad productionem illius, non ad consecrationem necessaria fuit. Adde simili priuilegia abioluta concessa esse non possunt ipso facto, sed indigent revocatione concedentis. Ergo dum non adest talis revocatio, ipsa priuilegia, & dispensationes perseverant. Denique aliquis ex iurisprudicis nec revocatione cessare possunt; omnia enim illa priuilegia, & dispensationes, consistunt in remotione aliquis impedimenti, si temel illud impedimentum tollatur, iam redire non potest: non enim redire potest excommunicatione, irregularitas, votum sine voluntate votantis: si temel sublata sit, & ita relato Batt. Lafone, & aliis docet Menochius lib. 4. presump. 189. circa finem, num. 197. Tiraquell, in tract. quod cessante causa, cest effectus, i. part. finit. 12. Sunt lib. 6. de legibus, cap. 30. à numer. 4. Sanchez lib. 8. de dispens. disp. 10. num. 10. Emanuel Sa verbo gratia, num. 6. Ex quo sit, si cum irregulari dispensetur ob eius paupertatem ad beneficium, & ordines, & ordinibus suscepit, & beneficii acquiuit duces factus est, non cessat, nec cessare potest eius dispensatio, quia iam habuit suum consummatum effectum: sic Doctores supra relati. Et idem est de matrimonio contracto virtute dispensationis ob paupertatem facta, nam etiam postea puella duces est. Ita est, matrimonii dispensatio non revocatur. Neque in his, & similibus est dispensio.

Quare difficultas est, quando dispensatio ad effectum integrum perduta non est, & cessat integrè causa dispensationis, antequam perducatur, an tunc cest di dispensatio?

Sanchez piures referens lib. 8. de dispens. disp. 30. num. 14. existimat cessare dispensationem: ita ut cest vlo non solum illicitus, sed invalidus sit. Addit tamen num. 17. non ita cessare, quin si postea redat causa, ob quam fuit concessio dispensatio, & ipsa dispensatio redire non possit. Quocodam affirmat non propriè cessare, sed suspensus eius valorem, quovadca causa concessionis praecedita, variis argumentis suam sententiam probat. Primo ex cap. generaliter, 16. quæst. 1. & cap. tuis, de clericis, non resident. & cap. Abbate, in fine, de verbis, signif. vbi tenacius gratia, & priuilegium cessante causa. Secundo ex l. Vranini, 72. verbi, sed cest duo ff. de fidei servitorib[us]. vbi quædam fidei servitoris obligatio extinguitur, & redatur, ratio his verbis: si quemadmodum incipere altis non possum, ita ne remaneat, vbi gl. verb. remaneat, inde inferit, quod impedic faciendum, destruere quoque iam factum: quod impedit, inquam, faciendum per modum causa finalis, impedit iam factum quod illum effectum, qui non est in eis productus, vel si partim productus est, impedit effectum faciendum, qui commode diuidi potest. Tertio, quia facilius tollitur priuilegium, seu ius extraordinarium, & speciale, quale est dispensatio, quamvis communis, ius militis, § 1. & ibi gl. verb. quoniammodo modo, Cod. ad senatus cons. Velleianum, & docent multi alij, quos referit, & sequitur Tiraquell, in tract. cessante causa, lim. 32. fine. At ius commune cessat, cessante causa eius finali, ut apud omnes est compertum. Ergo à fortiori ius speciale. Et confirmat, quia lex generalis indulgens priuilegium aliquod cessat, cessante causa eius finali. Ergo à fortiori, priuilegium, & dispensatio priuata cessabunt. Tum quia major firmatur gaudes debet priuilegium omnibus per legem indulsum, quæ tanta consultatione sit, quam priuilegium priuata personæ, quæ passim conceduntur. Tum etiam, quia priuilegium per legem indulsum latè est interpretandum; fecos vero priuilegium, & dispensatio communis iuti derogans. Quartò probat, quia actus non operantur vita agentium intentionem; cap. quoniammodum, de inheritance, at in omni dispensatione submelliitudo conditio, si causa permaneat, alij iniquus est dispensator, si vellet dispensationem excedi ad eum causam, quo causa profus cestatur. Et confirmat ex facto, in princ. ff. de vulgar. & pupill. subl. 17. vbi deciditur priuilegium patri concessum substituendi filio furioso, cestare filio lance mentis effectu, & euaneferre substitutionem illi antea factam; cum tamen priuilegium iam est ad effectum

effectum deductum; quia is renocabilis erat, & reddit textus rationem his verbis; etenim iniquum est ipsi fieri beneficium principis, si adhuc id valere diaconus, auferret, nam testamenti factum non homini sine mente. sic ergo in nostro cau, cum celsane causa incipiat esse iniquum dispensatio: ut pote quae absque via ratione ex tunc eximit pugnatam à iure communia, vel ne uarii diuino, per iudicium communis, cui id scandalo est, cessabit tunc quoad effectum, qui commode renocabilis est. Et confirmat amplius, quia pars sum nullam ab initio fuisse causam, & fuisse aliquam, sed illam omnino fuisse esse, ut expedit probatur ex l. i. ff. de conditione sine causa. Et nihil interius, ff. de natus furore, & docet A. f. c. us, quem refert, & sequitur Tiraquel, tractat cessante causa, in princip. num. 14. At quando a principio nulla esset causa, dispensatio ita est, vel illicita. Ergo codem viro afficitur, si postea perfuerit: at credendum non est, velle dispensantem peccare intendendo, & dispensatio vim habeat in eo cau, in quo dispensatio aut irrita esset, aut illicita. Quinet probat, quia regul. in ambiguis pro dubiis 85, § non est nouum, num. 3. ff. de regulis iuris, probat legitime retroactum, quando res ad eum casum pertineat, ut causa finalis deficit. Tandem probat, quia absurdum videtur, ut is cum quo legitime dispensatio ad carnium eius ratione debilitatis dubet, & quod ex se non excusat, secula dispensatio; politis eis vel ei, si integrum & firmam valetudinem recipiat.

**S**ecundum hanc sententiam sic vniuersaliter posita mihi probati non potest: contradicte enim forme dispensationis aliocunus, & facit omnes dispensationes fieri conditionatas, & statim videbimus. Quoniam distinguendum certe inter causas dispensationis: aliae enim sunt integrè existentes, quando concedunt dispensatio; aliae vero habent tractum successivum, hanc & ipsa dispensatio haberet. Exempla distinctionem manifesto. Dispensat tecum Pontifex in viro castitatis ob carnis tentacionem, & in impedimento matrimos ob paupertatem, & in pluralitate beneficiorum ob munus, quod geris: integræ causa dispensationis adeit, quando conceditur dispensatio, quia non concedit dispensatio in viro castitatis ob tentacionem praeterit, neque futuram: neque dispensatur in matrimonio impedimentois ob paupertatem, quia non est; sed ob ilian, quod de præsenti existit. Verum si Pontifex regum dispensat in eis cariorum ob dubiam infirmitatem, & in recitatione horarum, ob innominis occupationes, causa dispensationis non integrè existit, sed sucedit, sicuti sucedit vius dispensationis, & cum illo commentatur; dispensat enim Pontifex tecum in eis cariorum hoc mente, propter infirmitatem huius mensis: at ob hanc non potest dispensare, ut sequenti mente caries comedas, sed ob infirmitatem, quam sunc habebis, quia infinitus huius mensis patrum desuetus ad honestitudinem eorum carios in mente sequenti, quod si infirmitatem mensis sequenti non habes, iam cessat causa dispensatio pro illo mente, pro quo dispensatio illam requirebat. Hoc polito.

**D**ico primò. Quotiescumque priuilegium, & dispensatio ob obligatione dividua, & successiva est, & est concessa ob causam similiere dividuam, & successivam: cessante causa cessat dispensatio, quia dispensatur in obligatione, quandiu fuit causa, & cum sit multiplex obligatio multiplicem causam requiri ad illius exemptionem: & in hoc sensu vera est sententia Sanchez supra relata, quam etiam docet Suarez lib. 2, capite 30, num. 18. & Tiraquel, plures referens in dict. radicem cessante causa, libro, 2, numero 11. Et satis aperte consumatur de dispensatione leuior, & recitatione horarum, ob infirmitatem dubiam, quamvis Salas statim allegandas erant in hoc exemplo affirmat non cessare dispensationem, quod non probabo.

**D**ico secundò. Quoties dispensatio, aut priuilegium conatur ob causam, que integrè tunc existit, nullo modo definit, aut suspenditur ob causam cessationem: sic docet Suarez libro 8, de leg. cap. 30. à n. 12. Salas disp. 10, scilicet 6. n. 67. & seq. Gutierrez, tom. quatuor, lib. 1, cap. 5. num. 22. initio & fine, & lib. 2, cap. 15. n. 10. & 13. Tiraquel, cessante causa, in prin. ip. n. 2, & 94. Sylvestri verbo dispensatio, qn. 6. Eman. Saa verbo, gratia, num. 6. & alii places relati a Sanchez lib. 8, disp. 30. n. 13. quam licet ipse Sanchez, non sequatur, affirmat esse probabilem. Probo primo, quia tunc causa, quam priuilegium, & dispensatio ad fui valorem requiri, est cum priuilegium, & dispensatio conceditur, ut sepponi. Ergo quod in posterum cesset, nihil interest priuilegio, & dispensatio; quia non propter futuram causam, sed propter actum presentem fuit concessum. Secundo per priuilegium, & dispensationem legitimè factam, est ius priuilegiorum acquisitum; quia ex ipso, quod est legitimè dispensatio, & legitimè priuilegium, habet usi viendi illo: at ius semel quassum non recusat ex cessatione causa, ob quam fuit prius concessum, ut opinione alii relatis docet Menoch. lib. 4, præsumpt. 18. n. 197. Gutierrez & Tiraquel, sup. Ergo Terzius communis est distinctio dispensationis, & priuilegii, in absolutum, & conditionatum: & priuilegium conditionatum vocatur, quod dependet ab aliqua conditione conceditur, ita ut priuilegii duratio

Ferd. de Castro Sum. Mor. Pars I.

commensuratur cum cause duratione; ut sumi potest ex c. Abbatie, de verbis signis, ubi tandem monasterium prærogativa ibi praescripta debet gaudeere, donec in illo viguerit obseruancia regularis. Præulgum vero absolutum est quod non extatur durationi aliquam conditionis, sed ob causam semel positam concidetur. Ergo quod postea cesset causa, priuilegium cessare non debet, causa enim temporalis, & transiens honestate potest concessionem aliquam, & priuilegium perpetuum. Quare pro bono aliquibus exemplis: si enim cum magister ob eius paupertatem dispenseretur in impedimento confanguinitatis, & antequam matrimonio contrahatur, dies facta sit, non ex eo amittit dispensationem, neque eius ius suspenderit, quia non fuit concessus sub conditione, si paupertas persistueret in toto tempore ante matrimonium; neque hoc investigatur a contrahentibus, esseque occatio non leuis scrupulorum: vi bene dicit Nicol. Garcia 6. p. de benef. c. 2. n. 291. Item datur pueris dispensatio in viro castitatis, ob particularem incontinenciam, ex vi huius dispensationis absolute concessa solvit vinculum voti. Ergo illa non solus semper, sed plures potest nobis, etiam iam periculum incontinenter non habeat; quia alias non sufficit facta relaxatio voti, & obligationis ad Deum, sed suspensio. Deinde priuilegium concessum religioni accipiendi, vel non soluendi decimas, ob eius regularum obseruaniam, & singularem fructum in proximos, etiam postea cesset huiusmodi causa, & deveniat ad statum, in quo Ponitex talis priuilegium missione concederet, non obinde cessat priuilegium ipse factum: quia non fuit concessum sub illa expressa conditione, sicuti in cap. Abbate, de verbis signis, priuilegium.

**D**ico tertio. Quotiescumque ex aliqua circumstantia priuilegium vius reddetur: iniquus, cessat pro tunc priuilegium. Conclusio est omnium, & ex terminis liquet, alia licet, quod illicitum est. Qui modus cessandi priuilegium vocatur a Suarez lib. 9, cap. 30, num. 6, per cessationem causa finalis contrariae; quia contrariae causa, ob quam fuit concessum: quod non mihi plene satisfacit, quia priuilegium decimandi ex aliqua Ecclesia concessum aliqui ob speciem seruitem Romanæ Ecclesia factam, suspensi potest, si Rector illius Ecclesia non habet congruam fustinationem, & ramen tunc non cessar ratio concessione: hac enim cessare non potest, siquidem non potest non esse factum illud seruatum Ecclesia Romana: necessitas autem rectoris non est contra illi speciali seruatio, sed exemptioni. Ergo non bene explicatur hic modus cessationis, per cessationem causa finalis contrariae. Sed est quistio de nomine, ac proinde parui momenti: quod enim ab omnibus admitti debet, ut cessare vius priuilegium, quories redditur ex aliqua circumstantia iniqua.

At dices, quando cessat causa finalis concessionis priuilegij priuilegij vius est iniquus. Ergo semper cessat priuilegium cessare causa finali illius.

Repondeo negando antecedens, quando propter causam integræ existentem concession fuit priuilegium, aut dispensatio concessa, quia tunc iam habet vius dispensationem sufficientem honestatis rationem, scilicet dispensationem legitimè factam, & utilitatem ipsius priuilegiorum: vade si ex aia circumstantia non vitatur, licet erit illius vius. Dixi cessare pro tunc priuilegium, quia non exigitur, sed sponatur, argum. cap. Abbatis, de verbis signis, in fin. & tradit ibi glossa verbo donec. Suarez lib. 8, cap. 30, num. 2. Sanchez lib. 8, disp. 30, num. 17. cum Menchaca lib. 1, controver. illib. c. 46. n. 3. & lib. 1, de successorum progressu in præstatione, n. 67.

**A**rgumento pro sententia Sanchez adducta nobis non aduersantur i probant enim cessare priuilegium cessante causa concessionis, quando concessio petit causam successivam concessionis commentaruntur; vel quando concessio redditur iniqua ex aliqua circumstantia superioren. Sed ut clarissima veritas constet, place omnia agiunere.

**A**d primum ex cap. 5. sive, quod desumptum est ex Cod. Iustiniani, constat, dat priuilegium immunitatis ab omni tuta, & curia cuiuscumque generis, & cuiuscumque persona, omnibus Episcopis, Presbyteris, Diaconis, & Subdiaconis, & Monachis, qui apud sanctas Ecclesias, vel monasteria permaneant non diuantes: quare si diuantes officii diuinis non interficiant, perdant huiusmodi immunitatem, quia propter hoc ipsum conceditur, ut ibidem dicitur. Ecce quomodo causa concessionis est successiva, scilicet permanentia. Bodem modo respondetur c. tuz, de clericis non residentibus. Ibi enim studiorum gratia erat canonicus indultum, ut in absentia fructus percipiant prebendarii suorum: ipsi vero accepta licentia ad villas se transferent. Dicit, inquit, Pontifex Innocent. prefatam indulgentiam illis compescere non debere, & merito; quia ob causam successivam, scilicet i. dissidentiam in studiis, illi fuerat concessa, quia expostio clarissima competit cap. Abbatis, de verbis signis. ubi concitat curia ob sancti Bertini, ut ex illo Alciatore. Monachi sibi eligant personam idoneam in Abbatem tandem, donec ibidem viguerit obseruancia regularis. Ecce priuilegium dependens à viridi obseruancia, quia est causa successiva.

Ad secundum ex l. Vianus respondeo illam obligationem

P. 3 omnino

omino exigit, quia peruenit ad statum, à quo incipere non potuit, non propter cessationem causa finalis, sed propter circumstantiam aduenientem, qua reddit illius obligacionis vnum ini-  
quum: & cum glossa dicit, quod impedit facendum, destruere iam factum intelligendum est, quando est impedimentum ho-  
nestei contrarium; fecus vero, quando est impedimentum per  
praelatum cessationem causa.

Ad tertium cum eius confirmatione concedo facilis mutari possit priuilegium, quām legem: una reuocatio, tum decisione, quia facilis à Principe reuocari potest, & facilis laboris potest aliqua circumstantia, qua vnum priuilegiū impedit: at non ita sequitur debere cessare ex omni causa, quia lex celsat; lex enim celsat deficiente causa eius finali adequata, quia ex huiusmodi dectē redditor inutiles: at iniustum est obligare subditos ad obseruantiam legi's inutiles. Ergo, Priuilegium re-  
tio & dispensatio, etiam si celsat causa, ob quam fuerunt concessa, vilia esse possumus priuilegiato, & ex alia parte non obligant ad illius vnum. Ergo.

Ad quartum concedo priuilegium non operari ultra conce-  
dētis intentionem: at intentio concedentis ab solleitū priuilegiū,  
est, ut vtrum priuilegii illo etiam celsante causa,  
ob quam fuit concessum. Neque obide fit peccare priuilegiato,  
neque peccare concedentis: non peccat priuilegiatus,  
qua priuilegio rite concessio virtus, neque peccat concedens  
priuilegium, cùm ob legitimam causam concedat, quia causa  
non requiritur, & semper existat, quories fuerit vnum priuilegiū.  
Neque obstat tunc aucta causa, ex qua posse priuilegium  
incipere, quia plus reuicitur ad inceptionem priuilegiū, quām  
ad eius continuationem, ut optimè ipse Sanchez probat illa  
disput. 30. num. 8. Ex qua doctrina inferit ipse non cessare dis-  
pensationem, si causa finalis non omnino cessat, quoniam reli-  
qua manentes non iudicarent sufficientes ad priorem dispen-  
sationis concessiōnem. Ergo idem debet dicere, etiam si omnino  
causa celsat.

Ad confirmationem ex l. ex f. d. 1. respondeo substitutionem  
illam evanescere, si filius sane mentis efficiatur, quia ex subiecta  
matre, contat huius conditionem, nempe si filius in futuro  
vique ad mortem perfectetur, alia ut bene dicit textus, in qua  
est substitutio: & ratione circumstantia, qua reddit substitutione  
nem inquam, cessat substitutione.

Ad secundam confirmationem ex l. 1. ff. de conditione sine can-  
sa, ex l. n. 11. in eis, respondere, hec ad quartum dixi magis  
requiri ad honestam inceptionem priuilegiū, & dispensationis,  
quam ad ilorum continuationem: ad inceptionem enim requiri-  
tur legitima causa; fecus vero ad illius continuationem, decet  
enim concessum à Principe beneficium esse mansurum: reg. de-  
cet. 17. de regul. in s. 5.

Ad quinum ex regula in ambiguis, dico probare celsante cau-  
sa concessionis posse sapere à Principe reuocari priuilegium: & non  
probat Decius ipso facto priuilegium celsat.

Ad ultimum negat Salas dispu. 20. sect. 6. fine, absurdum  
esse dispensatum velci caribus, etiam si causa iusti-  
tia'is celsuerit; quia retinet dispensatio vnum vaorem, eo  
quod data fuerit ob infinitatem, non solus presentem, sed  
quam probabilitate concessus ex stimabat futuram. At credo  
in tali caso cessare dispensationem, quia dependenter à cau-  
sa fuit fuit concessa, quia cùm celsat, cessabit dispensa-  
tio.

10. Ex his parer decisio illius questionis, an peccet vnum dis-  
pensatione celsante causa illius?

Respondeo iuxta supradicta non peccare, si dispensatio fuit  
concessa ob causam acti existentem, quia vere manus dispensa-  
toris, legibusque solitus: si peccare, si dispensatio fuit ob  
causam inexistens, & vnum dispensationis commenstracum,  
quia celsat dispensatio, creditur enim dependentis ab illa cau-  
sa celsus, siquidem praeceps insufficiens non est sufficiens  
causa concedendi perpetuum dispensationem in ieiunio: con-  
cedere autem dispensationem sine causa, vel sine causa sufficiens,  
etiam in propria lege non est praesumendum de Principe. Ergo  
affirmandum est dispensationem esse dependentem ad existentia  
causa, ac proinde illa celsante celsare dispensationem, esto  
contra tenet Salas super dicta dispu. 20. sectione 6. à num. 66.  
vers. ergo in hac. & seqq. & num. 65. referit aliquos recentiores  
id probabile existimare.

## P V N C T V M X VI.

### Vtrum celsat priuilegium, rescriptum, & dispensatio morte concedentis.

Ex huius p[ro]p[ter]eti enodatione pender decisio plurium diffi-  
culturum, idcirco placet ex eius rem explicate, neque bre-  
vitate solita obliuiscar: si enim priuilegium, rescriptum, &  
dispensation, non fuerint in statu integro, morte concedentis  
non pereunt, vi dicimus ex omnium sententia. Quapropter in-  
vestigandum est, quando dicatur esse in statu integro, quando  
in statu inceptionis, & primo loqui debemus de rescriptis iusti-  
ficationis, & ex ibi dictis facile erit inferre, quid dicendum sit de  
rescriptis gratiae.

## S. I.

Quando rescripta iustitiae, & gratiae dicuntur esse  
in statu integro, quando dicantur  
esse incepta.

1. Triplicem sententiam refert Sanchez, qui sentit per solam citationem iurisdictionem desinere rem esse integrum, & perpetuari iurisdictionem in rescriptis iustitiae.
2. Ceterem probabilis si efficeret iudicem iurisdictione incep-  
tive ut, namē citationem non fecerit. Sed quia commun-  
e est citationem requireti, illud est sequendum.
3. Sufficit citationem agrosam esse à delegato, namē parti in-  
victa non fuit, & defendit Sanchez, ut probabilitas.
4. Cetero probabilitas episitum.
5. An requiratur tripla citatio in casibus, in quibus per edi-  
ctum citari quis potest, ut perpetuari iurisdictione & pro-  
babilitas videatur efficeret unam citationem.
6. Perpetuatur iurisdictione ex eo quod delegatus subdelega-  
rit: Probatibilis est non perpetuari, namē partiibus pra-  
sensibus fiat.
7. Per rescripti presentationem non formatur iurisdictione.
8. An per unam citationem firmetur iurisdictione ex ipso plures  
causas continentis? Sed disindictione se pendetur.
9. Quid si constitutus index delegatus ad uniuscitatem can-  
didarum, & citationem in una causa facias? Affirmo cum  
Sanchez, si maius est circa omnes iurisdictionem.
10. Si causa commissa non indiget citationem, prima maneris ex-  
ecutione facta, firmatur iurisdictione.
11. In rescriptis gratiae ex vecratione partis dicitur negotium con-  
sum.

1. Dicit rescriptis iustitiae refert Sanchez, lib. 8. dispu. 1. à n. 8.  
Triplicem sententiam.

Prima affirmat deinceps rem esse integrum, ex ipso, quo  
index corporis iurisdictione sibi data viri, cui citationem non  
fuerit. Quia modus firmandi, & radicandi iurisdictionem est  
per vnum ipsum. Si igitur ante citationem viri iurisdictione potest,  
tamen iurisdictionem firmat. Adde, iurisdictione delegata ninc-  
dic potest esse integrum, quando nullum illius vnum habuiti.  
Ergo si in virtute illius aliquem vnum exercitari, qualis est si-  
gnata locum uidei, nomine Notarium, testes pericipere, ro-  
digiri literas in publica forma, recte iurisdictione integra non est,  
sed potius cepta. Fauer huic sententiae cap. licet antequam, de  
officio delegati ex cap. si à subdelegato, eod. iii. n. 6, in quibus lo-  
cum expostulat ad perverandam iurisdictionem, quod delega-  
tus iurisdictione delegata viri non ceperit, seu in aliquo ex  
illa processum non fecerit: neque ibi auctorat ad vnum per cit-  
ationem, vel per litus contestationem, vel per sententiam, vel  
per nominacionem Notarii, aut significacionem loci. Ergo non  
est eis aut quis determinans vnum expostulat, & pro hac senten-  
tia adducit Sanchez plures Doctores, & videlicet h[ab]et  
verbis de legatis, q. 6.

Seconda sententia docet iurisdictionem delegatam integrum  
esse, quoque hic contestata sit. Moutur ex cap. relatum, de  
officio delegati; vbi deciditur ex parte iurisdictionem delegati  
licet non contestata; & idem habetur in l. regia, 21. tit. 4. pars. 3.  
& vita Doctores, quos Sanchez allegat, potest allegari Salas  
dispu. 2. p[ro]leg. 39. n. 29. vbi tenet delictum non dici deducitum  
ad forum contentiosum, quoque lis contestata fuerit, quia  
forum contentiosum dici non potest, nisi inter partes contentio  
sit: non est autem perfecta contentio, quoque lis contestatur  
lis. Ergo neque forum contentiosus, quoque lis sit conte-  
stata. Ergo neque iurisdictione contentio exercita ante litis  
contentione. Adde iudicium propriæ esti post litis con-  
testationem: omnia enim alia præambula illius dicuntur ex re-  
fusoriis per Axiom. 1. cap. 1. n. 14. & seqq. Lancei,  
de auctorat. in prefat. num. 7. Perg. var. lib. 2. sub rul. de condi-  
tionib. n. 4. & tradit. alios rectens Sigismund. Scaccia d' indec.  
cap. 2. num. 21. & cap. 8. num. 15. Ergo iurisdictione judicialis non  
est exercita nisi post litis contestationem. Item lis non mor-  
tegar, quoque lis contestata non fuerit, ex text. in cap. p[ro]leg. 30.  
di verb. signifi. a & tradit. Maranta de ordinario, p[ro]leg. 5. 21. &  
omnia finit. in statua, num. 6. 4. Sordi, le alim. it. 5. 9. 8. n. 4. Ergo neque iurisdictione ad iudicandum concessa si mata, seu  
exercita confabuit, quoque lis mota sit, & immediata delega-  
tus cooperit.

Tertia sententia, cui taliquam probabilitati adh[er]et ipse San-  
chez docet per solam citationem iuridicam desinere rem esse  
integrum, & perpetuari iurisdictionem, ducitur ex cap. gratum, de  
officio delegati, vbi ad firmandam iurisdictionem iolam petit  
citationem, ibi, cum citatione facta negotium sit qui se copiat,

*Sed eis de officio legatus*, dicitur perire iurisdictionem, si citatio non praecepsit, per quos text. affirmat explicando esse relatos pro prima & secunda sententia; quia correcti iurium vitanda est: nam textus qui generaliter dicunt requiri viam iurisdictionis, intelligendi luni de via, qui ad minus sit per citationem quia citatio est primus actus iudicij, & quoniam contra eum non est integrum, non id tanquam necessarium petere, sed tanquam maximè conuenientem, pro hac sententia plures Doctorates adducunt.

1. Mihī vero maximè assidet prima sententia, quam ipse Sanchez, valde probabilem dicit; tum ob rationes, quas ibi adducti; tum quia decet beneficium Principis esse manutinum; tam quia licet citatio sit primus actus iudicij, etiam tamen primus actus iurisdictionis, cum ante citationem plures reterci iuridictio possit. Verum, quia video communem Doctorum sensu probatum citationem requiri, ut res definit esse integrum, ideo in præiudicio hoc esse sequendum, quodque defendit Mol. tract. 5, disp. 9, n. 12. & 14, disp. 19, n. 3.

3. Sed dubium est, an sufficiat citationem egressam esse à deo, etiam si parti intimata non fuerit, ut censeatur res non integrum?

Sanchez, alios referens n. 13, probabilius censet sufficiere. Monebat, quia in *c. gratum, de officio delegati*, solum requiritur, ut negotium sit quasi exceptum, quod propositum sit citationis dictum. Deinde, quia citatio tribus partibus constat, ex mandato iudicis, & ex parte citanda, seu ex evocacione iuris, & ex illius auctoritate sententia fecisse: ut ex his tribus solum mandatum est vius iurisdictionis. Ergo solo illo iurisdictione radicatur, item tamen iudicis actus est penitus ad perpetuanum iurisdictionem, qui perfectus est per solum actus mandatum.

4. Ceterum retenta sententia, non per quemcumque actum iurisdictionis, sed per citationem desidero tamen esse integrum ad efficiam perverbi iurisdictionem in delegato, probabilius censco non sufficiere citationem egressam esse à iudice, nisi parti intimata: sic docet Mol. illa disp. 19, num. 3. Ratio est, quia rique parti intimatur, non est vera citatio, sed expeditio citationis, nequem enim dici potest nisi citata, ex eo quod mandat iudex cum citari. Deinde, quia in *c. gratum, de expeditione citationis*, sed ipsam citationem factam expostular Pontifex, ut negotium sit quasi exceptum, inquit Urbanus 1. Nisi autem inquisitione tua alter responderemus, quod cum in causa priori citationis facta negotium sit quasi exceptum. Et licet in principio dicatur, propositio citationis dicta, haec verba non indicant citationem non esse factam, sed potius indicant esse factam: nam si propositum fuit citationis edictum, aliqui fuit propositum, que ad eadē alioquin fuit citatus. Addit illa verba, à parte iudicis dicta, non à Pontifice approbata; ipse enim absolutum dicit, citatione facta. Deinde iuxta expostulationem citationem, de citatione perfetta, & consummata debent intelligi: argumento sumpto ex cap. quia proper, & cap. cincis post patrum, de electione; sed in tatione citationis non est perfecta, & consummata, quousque ad partis nominis deuenire possit. Ergo. At dices mandatum citationis esse citationem perfectam, quod effectum inchoandum in iudice delegato iurisdictionem, ad cuius effectum fuit requisita. Sed respondere non est perfictam, quod hunc efficiam, ex ipso, quod petatur citatio, ad inchoandam iurisdictionem. Facto. Fato, inquam per mandatum citationis aliquo modo inchoatur iurisdictionem, imperfictè quidem; sed quia non inchoatur per citationem, que est primus actus iudicij, ea de causa non dicunt proprii inchoatio iurisdictionis ad cum effectum, ut perpetuatur mortuo delegante. Et per hanc pater dispositio ad rationes oppositas. Dico ergo, non solum iudicem exercere iurisdictionem, quando pronunciat citationem factam, sed etiam quando ipse Notarius illam facit. Non enim Notarius est, qui citat, sed index est, qui citat partes medio Notario, seu voce praeconsis legislator legem promulgat.

5. Insper dubitatur secundū poterat, an si hæc citatio fuit per edictum, seu proclamationem, in his casibus, in quibus de iure fieri potest, debet esse trina, ut censeatur iurisdictione perfecta. Ut res inchoatur? Aliqui videt posse triunam requiri, eo quod nullus censetur citatus per edictum, quovisque trina fuerit publicatio illius iuxta *Authent. qui semel. & tres damnationes. C. quomodo. & quando iudex. & tradit. Menoch. lib. 2. de arbitriis. cenc. 5. casu 464. n. 4.* Ceterum probabilius censetur sufficere unam citationem, etiam per edictum, ut intelligatur iuris. Quia delegata esse incepit cum quia in *c. gratum*, & cap. si *subdelegato*. & alii relatis, non expostulator, nisi citatio: ut velò illa vocatio per edictum, etiā vicia sit, citatio est, licet non sufficiens, ut condemnetur citatus. Ergo firmatur ex illa delegari iurisdictione, & ita alii relat. docet Sanchez. n. 14. & num. 16. aduerit optimè citationem illam debere esse validam; nam si ex aliquo capite iurisca fuit, reputatur, ac si non sufficiat; quod enim nullum est nullum potest producere celsum.

6. Tertius dubitatur, an ex eo quod delegatus subdelegatus.

gancit causam, vel partem illius, censeatur perpetuata iurisdictione?

Piuribus, quos recenset Sanchez, num. 18, placet esse perpetuatum, quia vero delegatus vius fuit iurisdictione: subdelegatus enim illa facta actus iurisdictionis est. At mihi cuicunque codem Sanchez, ibi, & Mol. disp. illa 9, num. 3, probabilius videatur firmatum non esse iurisdictionem: tum quia subdelegatus non est vius iurisdictionis delegatus, sed est vius iurisdictionis à lege concessa. Lxv enim concedit in his, & illis causa subdelegare ac proinde est vius iurisdictionis non delegatus, sed potius ordinaria. Exigit tamen Sanchez, ibi, nisi presentibus partibus subdelegatio facta fuisset; quia tunc existimat talem subdelegationem citationem requiri. At credo hoc concedendum non esse. Nam cap. si à *subdelegato, de officio. & potestate iuris delegati*, quo mouetur ipse ad affiendandum subdelegationem precise non habere iurisdictionem de cœgi, non distinguunt, an fuerit pax cotibus partibus facta, vel absentibus, inquit potius supponit ex consensu partium factam fuisse. Item subdelegatio huc sit praefente parte, siue abiente, non est vius iurisdictionis delegata, sed à lege concessa. Ergo semper manet res integra. Adde iura ad minus citationem expostulare pro forma, ad firmandam iurisdictionem delegati, ut ipsam Sanchez num. 10, fatur. Sed cum aliiquid expostulatur pro forma, non impetrat per equipollens ut tradi. Gutierrez canon. q. 9, lib. 2, tom. 2, cap. 1, & num. 112, cum leg. Bart. in 1. nemini, C. de advocateis diuersi, iudic. I. in 1. si procurator. C. de procuratorib. n. 2, confirmat Berioius in cap. cum sit Romana, de appellationib. n. 78. Denique pia subdelegatio non potest dici & requiri citationem, eo quod fuit praefentibus partibus; siquidem partes citandas sunt deinceps, ut ipse subdelegatus possit in causa procedere.

7. Quartus dubitatur, an per rescripti presentationem desinat res esse integrum, & firmare iurisdictionem?

Respondeo cum Sanchez lib. 8, disp. 18, num. 19, & alii ab eo reatis, nullo modo firmari iurisdictionem: quia acceptans rescriptum, non illo virtutis, sed potius se disponit ad vicendum, ut manifeste constat ex cap. qui, de procurator. in 6. ibi, post mandatum seu caput, etiam si ex vius non fuerit. At rescriptum firmari non potest, nisi aliquem illius viam habueris, Ergo.

8. Quintus dubitatur quando multæ cause distinctæ tibi in uno rescripto delegantur, vel circa viasm, vel circa diuersas personas, & viam citationem facias, an eo ipso inceptra sit quoad omnes iurisdictione?

Respondeo breuiiter, si citatio illa communis fuit, eo quod circuiter inveniatur, ut comparetur eorum te paces interrenentes, tunc clausi est circa omnes causas firmata esse iurisdictionem, quia omnes illas causas citatio comprehendit; ac proinde verum est esse illarum omnium citationem factam: si vero circa viam tantum causam citatio facta sit, etiā non desin Doctores, qui affirmat per petuari iurisdictionem quoad omnes, eo quod vius si rescripto tibi concessus, & iurisdictione data per illud. Nam esto si citatio de una tantum causa, videatur sufficiens ad verificandam absolutorum viam illius rescripti. At probabilius censetur non perpetuari iurisdictionem, quod reliquias, sed solum quodam illam, de qua fuit citatio facta. Quia illud rescriptum, etiā materia iter viam suum sit; ut formaliter multiplex est inixa multipliciter causarum, seu personarum, quia in illo rescripto continetur: ac proinde ex vius illius rescripti circa viam causam, non videatur probari illius vius absolutorum quadam reliquias. Et confirmari potest ex L. se de debemus, in princip. ff. de verborum obligat. vbi statuuntur multiplicari stipulations ad multipliciter rerum specialiter designatum, focus vero, si nulla species iter designatur, etiam si plures sub vincula istate comprehenduntur: & ita tener Bart. in 1. more, n. 14, ff. de iuris factis, omnium iuri. Imola cap. postulat. & quoniam, num. 9, de rescriptis, Sanchez alios referens lib. 8, disp. 18, n. 25. Molin. tract. 5, de iustitia, disp. 19, num. 4. Exigit, nisi viam cauila sit alteri annexa: nam tunc ex citatione illius perpetuatur in altera andrea iurisdictione ob connexionem, ex l. fin. C. de dubibus reis, & tradit. Panorm. cap. licet, de off. deleg. num. 5. Molin. supra Sanchez 22.

9. Sextus dubitatur, si constitutus iudex delegatus ad universitatatem aliquid causarum, ut tunc citatione facta circa viam causam, ceperit si iurisdictione circa omnes?

Affirmat Sanchez referens plures num. 27. & Molin. disp. illa 19, num. 4. Mongat, quia tunc est unica commissio, unicæque iurisdictionis plures causas comprehendens. Ergo viendo iurisdictionem circa viam causam, censetur ut illa circa omnes; cum enim in rescripto, & commissione facta, nulla causa specialiter designatur, efficitur sane quando aliquam causam speciale judicas, etiam siudicare ex iurisdictione tibi viuenter tradita: ac proinde iam firmas iurisdictionem communem.

Sed objicit, ex citatione, & contestatione illius circa viam causam, non infertur citationem esse factam circa aliam. Ergo neque negotiorum quasi deorum est a illam: ergo neque firmatum iurisdictionem respectu illius. Item parum referit viam.

P. 4 detur

DE  
ASTRO  
PALAO  
TOM.

derit ad tem moralem causas singulariter esse positas in re scripto, vel uniuersaliter esse datam commissionem respectu illatum. Tum quia iurisdictio in virtute delegatione per modum unius datur, & potest esse & que uniuersalis: liquiderunt possunt enumerari omnes causae, que contingunt illo anno in tali territorio, respectu cuius constituerit iudex delegatus universalis. Tum etiam, quia in l. quid tam, in princ. f. de arbitrio, plura compromissa reputantur, si compromissum plures causas comprehendant?

R<sup>espondeo</sup> ex citatione circa unam causam non inferri: se citi: non factam circa alias: at inferri te viam esse iurisdictio- ne quam habes circa illas: quia est eadem iuri d<sup>r</sup>atio omnium. Ad co formationem ergo parum referet ad perpetuandum iuri sicut onem circa omnes causas esse commissionem per modum unius, vel plurium: siquidem quando nominantur causae, non est unica, sed plures formaliter commissions: at quando causae non nominantur, esti aequivalenter sive plures commissions, formaliter tamen unica est, & consequenter incepta iurisdictio ratione unius cause, circa omnes confiteretur incepta. Ad legem quid tam, respondet optimè Decius in cap. pastorali §. quoniam num 19, de re scriptis, reputati, inquam, plura compromissa, non vere, proprie, sed virtualiter. Quapropter rexus non dicit absolute esse plura compromissa, sed quasi plura denotans solum virtualiter esse plura.

10 Aduerteret ramen eum Molin, illa disp. 19. num. 4. si tibi aliquod munus delegetur, conus ex exercitu citatione non indigeret, quale reputari olet, minus visitandi provinciam aliquam religiosorum; non prima munera illius executione circa aliquam coram, ad quid id munus se extendit, dicitur iurisdictio incepita quia non haberat alium modum inceptions.

Sed contra, quia concessio priuilegii fuit absoluta, ut suppono. Ergo non debemus facere illam conditionalem contra verba priuilegii; debet enim beneficium Principis permanere, & latam interpretationem habere. Alius licet omni dispensationem aliquam concessam in consanguinitate, affinitate, & irregulartate affirmare, datam est sub conditione, id est, dum dispensatus ut illa voluerit. Item si aliqua conditione, quæ fauorem priuilegij continat, in concessione priuilegij includatur, ea est, ut priuilegarius habeat priuilegium, quendam voluerit habere, & careat quandoque coluerit, ut sic in voluntate priuilegari priuilegium possumit sit, quæ gratia, & sine fundamento dicuntur, ac proinde affirmandum est concessio, & acceptatio priuilegii, tempore perfuerat, quoties concedens renunciationem illius non acceptaverit; acceptando enim renunciationem, reuocat priuilegium. Acceptatio autem in principio expulsa est, quia natura priuilegii, sicut & euilibet donationis, acceptationem requirit.

8. Ex quo sit electum renuentem consentire electioni, posse mutata voluntate candem acceptare electoribus in eadem voluntate perfuerantibus. Et idem est de indice delegato, & arbitrio, qui delegationem repudiant, & de beneficiario, cui beneficium collatum est, posse etiam priuilegium collatione discenterit ei contente, & beneficium obtemperare, dummodo conferent in priori voluntate perfuerat, sic docet Sanchez libro 8. disp. 32. num. 2. cum glossa. Ioan. Andr. Archid. & aliis.

9. Limitat autem Sanchez illa disp. 32. num. 3. ut supradicta doctrina intelligatur in priuilegiis, & dispensationibus aliarum legum: sicut vero in dispensatione voti, & iuramenti; qui obligacionem aliarum legum non potest quilibet sibi pro libro imponere: ut obligacionem voti & iuramenti cum a propria voluntate pendeat, poterit quilibet, nisi dispensatus sit, nisi iterum imponere: censetur autem sibi imponere, quoties renunciatione dispensationis sibi facta in tali voto, & iuramento: i. quia haec renuntiatio nihil aliud esse videtur, quam voluntas redendi ad priorem obligacionem. Ergo per renunciationem solum absque illa acceptatione amittitur in voto, & iuramento dispensatione concessa. Verum si bene perpendatur haec limitatio, nobis contraria non est. Aliud enim est dispensationem, & priuilegium concessum tolli voluntate priuilegiorum tantum, aliud indigere noua dispensationem, & novo priuilegio, si nouum vinculum contrahatur. Fato ergo dispensatum in voto, & iuramento posse denovo vocare, & iurare, & nouum vinculum sibi imponere, indigena noua dispensatione: sicuti qui ab irregulartate homicidij est dispensatus, poterat agnum irregulartatem alio homicidio contrahere. At hoc non probat, dispensationem in

in voto priori, & iuramento renuntiari posse; quantumcumque enim velis illi renuntiare, non poteris obtinere, quia iam à tua voluntate non dependet, sublatu enim illo vinculo, semper maner sublatum, eti possis aliud denuo, & omnino simile tibi imponere. Addit contingere posse te velle renuntiare dispensatione concessa in voto, aut iuramento, quin votum, aut iuramentum denso facias, quod contingit, quando ignoranter existimas in tua voluntate esse possum prodesse, vel non prodesse dispensationem; & inlupt habes voluntatem non repetend votum; tunc tamen regum non repetit, & renuntiatio non habet effectum. sic Salas disp. 10. f. 19 fin.

10 Sed inquires, quis possit hanc renuntiacionem privilegij, & dispensationis acceptare?

Respondeo oculum ipsum præter concedentes privilegij, aut habentem ab illo commissione: cum enim haec acceptatio renuntiacionis, sit virtualis revocatio concessionis factæ; & a nullo alio otri potest, nisi ab illo a quo fuit facta concessio, aut ab illo, qui ab eo habet commissione. Hanc autem commissione non conatur habere executor dispensationis, & privilegij, quia hic non est delegatus ad revocandam dispensationem, sed potius ad ilam exequandam, & ita alias relatis docet Sanchez lib. 3. disp. 32. n. 4.

11 Sed quid dicendum de tacita renuntiacione? Tacitam renuntiacionem appelle tam, quæ desumitur ex actibus, qui non videtur statre posse cum animo videnti dispensatione & privilegio, vel gratia dispensatus fuit, in aliquo impedimento ad contractum matrimonii cum Maria, contraxisti poeta cum Catina, videtis renunciari dispensationi tibi concessa. Item dispensatio fuit ad beneficia obtinenda, ducis utore, videtis renuntiacione dispensationi facta.

12 Credo tamen huiusmodi actus sicut optimè posse sine voluntate renuntiandi dispensationem, & privilegium concedere, qui potest habere animorum retinendi privilegium pro tempore, quo vius licet illi sit. Sed demus fieri illis etiam animo renunciandi privilegium, vel dispensationem, non obinde dispensatio, aut privilegium amittitur: quia si renuntiatio expella privilegij non valet castare privilegium, nisi acceptata fit à concedente privilegij, neque etiam renuntiacione illam efficaciam habebit, quosque per concedentem privilegij fuit acceptata. Requiritur ergo, ut privilegium, & dispensatio cesserent per renuntiacionem, racitam acceptari à concedente.

13 Ex his inferunt primò si dispensationem obtinuerit, ut consanguineum duxerit, & duxit aliam, vel castitatem vorum fecisti, poteris mortua uxore, vel dispensato voto, ut priori dispensatione, & obtem dispensatione ad nuptias transferit: adhuc non extinguit dispensationem, sed mortua uxore posse beneficiis consequi. Ratio est, quia matrimonium non reddit cassam dispensationem sed illius vium suspendit. Item quia dispensatione illegitimitatis tollit inhabilitatem ad beneficia & que inhabilitas semel sublata non redit per matrimonium contractum; non gatur matrimonium facere potest, ut iurem consecutum legitimum. Si autem dispensatio sit ad plura beneficia obtinenda, et dispensatio in lege statuente, neminem posse plura beneficia tenere, sed unum tantum. At ex tali dispensatione non conceditur dispensatio ius aliquod ad beneficium, quia neque est iustificatio, neque electio, nec presentatio, sed solum redditur habilis, & capax illorum: siquidem legi prohibet pluraliter beneficiis solitus est. Hanc autem capacitatem, & habilitatem: quia non est ius ad beneficium, non tollit matrimonium, sed suspendit eius vium. sic Sanchez lib. 7. de impedim. disp. 42. num. 9. & contentite videtur Basil. loco citato.

### P V N C T U M X V I I I .

An privilegium, & dispensatio amittatur per non vium.

- 1 Amitti per non vium. Et qui non vius debet esse.
- 2 Preponitur efface dubitandi ratio.
- 3 Privilegia que in aliorum grauamen non cedunt, non perduntur per non vium.
- 4 Quid cedunt, tunc amittuntur, quando grauati prescribuntur.
- 5 Excepte, nō in privilegio fuerit appositum, ut utrius illio suo arbitriatu.
- 6 Decimus affirmat communis sententia sufficere, ut grauati prescribant aduersus privilegiatum, privilegium non vienientem.

Ferd. de Castro. Sum. Mor. Pars I.

- 7 Resoluuntur dari non posse regulam generalem, sed aliquando decennium, aliquando vicennium, & ultra eft requisitum.
- 8 Amittuntur hac privilegia tam in foro externo, quam in conscientia.

1 Q Væsto procedit solum in privilegijs, & dispensationibus resipientibus actum aliquem positivum, qualis est accipendi decimis, comedendi carnis diebus prohibitis, eligendi ad beneficia, & similia, quia solum in his potest inueniri non vius, hoc est, catena huius privilegij, sic DD. statim refrendi.

De his ergo privilegij regulæ generalis est per non vium amitti: sic docent glofia, Abbas, Innocent. Felic. Decius, in cap. cum accessit de conf. Azor lib. 5. c. 4. q. 8 & c. 42. q. 8. Salas de legib. disp. 17. foli. 13. n. 63. & disp. 19. foli. 10. n. 11. Suarez lib. 8. c. 3. 4. num. 2. Bonacina disp. 1. q. 3. p. 8. § 5. n. 3. Basil. de Leon lib. 8. de matr. c. 18. §. 3. 4. 6. 23.

Pro huic regulari explicatione advertendum est primò, non depediti privilegij, per quemlibet non vium illius, sed per non vium voluntarium, & liberum, data occasione videnti privilegio, qui vocatur non vius privatus, seu omisius. Nam si longissimo tempore nunquam se obviat occasio videnti privilegio, vel obligata occasione non potuit illo, ut per talen non vium amitti non potest privilegium, quod constat ex leg. vnu ex sociis. §. vii. & l. seq. ff. de feruis. rufi. rad. vbi habeant non amitti seruuntur milie debitam, de aqua ducenda in fundum meum. si illa vius non fuerit, quia non exauit, sic Doctores supradicati relati. Ex quo sit, si vniuersitati sit concessum privilegium scholasticos ad gradus magistri, sic Doctoris promouendi: & per decennium, vel longius tempus neminem promovit, quia nullus promouerit voluit privilegium non amittere. Excipe, nisi vniuersitas cauam dedetur scholasticis, quare, nolint promoueri, quia tunc est idem, ac si noluerit promouere volenter. Idem est si privilegium habent à Princeps exigendi aliquod tributum, vel excludendi milites à ciuitate: & nulla se occasio obviat concedendi privilegium, privilegium non amittit, sic Basil. Salas, Azor, Bonacina, Suarez supradicati, cum alii. Ad idem est, si privilegio non viatis ob conventionem factam cum alio, Bonacina num. 5. Suarez cum Fein. libro 8 capite 34. num. 26. ad fin. quia tunc ratione coniunctionis factus es impotens videnti illo, vel, ut melius dicam, videtur aequaliter privilegium ut, si aliquid pro non viu illius recipis.

2 Sed circa supradicta est prima difficultas, qua ratione per non vium possit privilegium, quod ab eo amitti, & absque determinatione temporis concedit, amitti? Ratio difficultatis est, quia non vius rei propriæ non tollit dominium illius; hoc enim dominium non depeditur præcisè ex eo, quod in propria non viari. Ego non depeditur privilegium per non vium. Alias dominium pecunia, & velutum, aliarumque rerum mobiliuum, & immobiliuum depedenter eo solum, quia illi non viari, quod est falsum. Requiritur ergo ad minus qui illas relinquas, & à te abiicias, & quasi pro derelictione velis habere, ex l. 1. & 2. ff. pro dñi lib. Ergo quoies privilegium à te non abiicias, quod renuntiatio debebat fieri, non potest illud per non vium amittere. Deinde non vius tantum esse potest causa amittendi privilegium, in quantum indicat illius renuntiacionem, vel ex occasione, quod grauatus privilegio aduersus privilegiatum prescribat. At neatis ex his rationibus probat emiri privilegium per non vium. Ergo Probo minorem quoad primam partem. Nam licet non vius privilegium indicit renuntiacionem illius ut renuntiatio etiam ex parte non amittit privilegium, quoque acceptetur à concedente. Ergo ex non viu, quatenus significat renuntiacionem, amitti ipso iure non potest. & sic vta DD. superiori s. relatos docet Suarez cap. 34. num. 27. Adde ex non viu privilegi præsumt non posse renuntiacionem illius: quia ab aliis fioles potest grauatus privilegio non vii, ut notauit Basil. de Leon illo cap. 18. §. 1. & 3. cum Valquez 1. 2. disp. 177. n. 54. & 55. Suarez 1. 4. n. 17. & seq. Quod autem ex non viu, quatenus occasio est, quo grauatus privilegio aduersus privilegiatum præteribat, amitti non possit, sic probo. Tum quia hoc non esset amittere privilegium per non vium formanter, sed solum occasionaliter tantum: quia non in omnibus privilegiis potest dari præscriptio. Quæ enim præscriptio dati potest, in privilegio ibi concessa comedendi actioni, recitandi ante horam confutari & alia similia, que solum privilegium resipiunt, neque versantur circa alios, vel tolendo ab illis commoditatem aliquam vel imponendo eorum onus, sicutdem præscriptio non est sine possessione continuata rei, quæ præscribitur: at huiusmodi privilegia non habeant viam, qui extra privilegiatum exceduntur. Ego in illis nullus potest præscribere. In aliis autem privilegiis, quæ in alio om grauamen, & feruntur redundare, vi sunt privilegia decimandi, imponendi tributa, eti videantur posse grauati illis privilegiis præribere aduersus privilegiatum: at hæc præscriptio tolli videatur à concedente privilegium, siquidem in voluntate privilegiatum constituit viam eis. Quoties autem voluntate privilegiatum remittitur vius privilegij content plates non contempndi Doctores non posse aduersus

Q. 3

sus priuilegiorum praescribi, sic Felin. in cap. cum accessissent, de confit. n. 6. & 27. Decius n. 27. Bald. de praecepto. p. 5. prin. vers. quarti quarto. n. 4. Glos. ordin. in c. vi priuileg. glos. pen. in fundo priuileg. vbi Anton. Molin. de Hispania prim. l. 6. c. 7. fin. sed virius videtur Azeud. lib. 5. tit. 7. l. 2. noua compilat. fine. Azot. lib. 5. c. 4. q. 8.

3 Pro resolutione huius difficultatis dicendum est primo priuilegia, que in aliorum gravamen non redundant, qualia sunt priuilegia non ieiunandi, non recitandi, comedendi lactacini, dicendi sacram ante horam confutet: quibus etiam annecti debet priuilegium audiendi confessiones, ministrandi sacramenta, eligendi Confessorem; quia ex tali priuilegio non derogatur ordinaria potestas, siquidem integra manet, & ex alia parte leuar eius onus, & animarum salutem maximè prodebet: vt bene dicit Suarez n. 1. Bonacina n. 5. Basil. de Leon n. 22. De his ergo priuilegiis, probabilius censco, nunquam perdi per non viam quantumcumque continuavimus; quia nulla est lex statuens hac priuilegia amitti per non vium, leges enim statuens priuilegia per non vium amitti. vt l. 1. ff. de nundini; & in nostro regno l. 4. tit. 18. p. 3. l. 3. tit. 2. p. 3. loquuntur de priuilegiis, quæ in gravamen aliorum cedunt, ut legati constabili. Ergo non sicut extendenda ad hæc priuilegia. Tum quia restitutio priuilegiorum & illorum decisio est quid odiosumquam quia est diversa ratio, siquidem in illis, que circa aliorum actus versantur, potest dari præscriptio: at in his priuilegiis, que solum priuilegiarij actiones resipicunt, nulla eis potest, ut ex ratione dubitandi constat. Ergo. Et ita sentit Suarez n. 16. Bonacina, Basil. de Leon supra.

4 Dico secundo, priuilegia, quæ in aliorum gravamen cedunt, tunc amittuntur à priuilegiato per non vium, quando gravata aduersus priuilegiorum præscribunt. sic docet Basil. de Leon lib. 8. c. 18. §. 3. n. 2. Sart. lib. c. 34. à n. 16. præcep. num. 20. & seqq. Bonac. n. 5. Salas. Azot. & alijs in principio relati. Ratio est, quia præscriptio vim habet mutandi rerum dominia, & consequenter auferendi ab aliis, quod sibi proprium erat. Ergo si gravata aliquo priuilegio aduersus priuilegiorum præscribunt, præscriptione facta peribit in priuilegio priuilegium: dicetur autem petere per non vium illus, quia ex non vii otra fuit formulari præscriptio. Quod autem in his priuilegiis præscriptio inveniri possit, probatur facile, quia vel illa priuilegia sunt de exercenda aliqua actione illis onerosa, vel de exigenda ab illis, quocumque enim modo sibi priuilegium, si priuilegiatus eo non viuit longo tempore, alij præscribent potest contra priuilegiorum, ne illo priuilegio viuat. Ergo. Probo minorem. Nam ex quo priuilegiatus tali priuilegio non statut alij possident se, & sua pro libto, siquidem priuilegiatus illos non gravat ex actione aliquicui operis, vel impositionis illius. Sed posse hæc longo tempore continuata, est præscriptio. Ergo.

5 Limitant tamen hanc conclusionem gloss. Bald. Decius, Molin. Azot. & alijs relata super in ratione dubitandi, ut intelligatur, quando non erit in priuilegio expressè appositum, ut variis illo pro uno arbitrii: nam si ruz voluntari vius liberum relatis est, censem hi DD. non præscribi aduersus illud, quia dici non potest dum vita durat, ne non vti priuilegio, siquidem priuilegium dicit: Vatis illo, quadam volenti. Ergo dum potes velle vi priuilegio, concessione illius non contradicis. Et confirmo. Si priuilegium diceret: Concedo tibi facultatem instituendi maioratum in tua vita, vel tempore mortis, tale priuilegium ap tua vita per non vium amitti non poterat, quia dum vita finita non est, iudicari non potest te priuilegio non vti, ut explesè tradit in hoc capitulo Molin. de præcep. illo c. 7. fin. Azeud. l. 1. fin. tit. 7. lib. 5. noua compil. Mol. Theol. som. 3. de inst. m. 2. dis. 5. 99. fin. n. 10. Sed idem casus esse videatur, quando tua voluntari vius priuilegium relinquitur, & facit enim hunc sensum: Si velis in tua vita hoc priuilegio vni, ubi sit concessa facultas. Hoc limitatio displicet nostro Mol. Thol. s. p. Salas dis. 19. de leg. fin. n. 15. Suar. lib. 8. c. 14. m. 28. & displicet Abbati in vti priuileg. de priuileg. & laeteth dubio. lib. n. 57. ff. de confit. Prin. ip. Anton. de Padilla in l. 2. C. de auer. res. script. n. 5. Quia in qualibet priuilegio tacere vel haec conditio, si illo vti voluntari priuilegiatus, non enim obligatur illo vti.

Cetero mihi retinenda videatur limitatio supradicta, vptore maiori Doctorum calculo firmata. Fator ergo in quibuslibet priuilegio subimeligi illam conditionem ut priuilegiatus illo viatur, si volerit, sed non subimeligiur eodem modo, ac quando exprimitur; quando enim exprimitur illa conditio, extenditur pro tota priuilegiata vita, ac proinde impeditur præscriptio pro aduersis illud, durante vita; at quando illa conditio non apponitur, solum intelligitur concessa facultas pro tempore, quo sius aduersus priuilegiatus non præscribitur. Moneat ad hanc distinctionem appondendam, se cogar dicere illa verba, quibus vius priuilegij liber voluntari priuilegiatus remittitur, esse iniustiter apposita.

6 Secunda difficultas est, quantum tempus requiratur, ut aduersus haec priuilegia, que in aliorum gravamen cedunt, determinetur præscriptio? Communis sententia docet requiri, & sufficiere decennium, sic Felin. Panorm. Decius in cap. cum accessissent, de

confit. Barth. Iason. & alijs in l. 1. ff. de nundini, & in l. 1. salvo C. de diversis reser. Rebuff. in præc. it. de different. inter priuilegium, & recrip. num. 41. Mandol. tract. de priuileg. ad inflat. glos. II. num. 5. & alijs plures relati per Bald. tr. de præscr. 4. p. 5. priuileg. vers. quarti quarto. Mouentur ex suprad. l. 1. ff. de nundini, vbi facultas concessa à principe celebrandi nundinas, si per decennium illis non fuerit vius, amittitur. Et confirmari potest ex l. 42. tit. 18. part. 3. vbi affirmantur priuilegia, que dantur ad aliquid agendum, que alias non licent, decennio petere, si illis priuilegiatus non fuerit vius: & ponit exemplum in priuilegio nundinarum extrahendi à regno ventis, vel vendendi ea, que vendite non licet, seu per aliam menutam inconsuetam. & his similia, haec enim priuilegia subiungit lex, semper durans, si usare delos facta diez annos defle ei dia, que les fuerint dardos, mas si facta est in tempore non usare delos, dende ad easdem per denser. & non debet valer.

7 Ceterum existimo regulam generalem statui non posse, sed attendenda esse leges præscriptionis, ut inde colligatur, quando hæc priuilegia amittantur, aliquando enim in præscriptione suffit decennium, aliquando vero requiritur viennum, vel tricennium, vel quadragecum. Ergo cum hæc priuilegia non amittantur præcisæ ex non vni, sed ex præscriptione, tempus, quod fuerit ad præscriptionem requiri, erit etiam ad amissionem horum priuilegiorum. & ita tenet Suarez lib. 8. cap. 34. num. 20. Basil. de Leon lib. 8. cap. 18. n. 22. Menoch. lib. 6. præsup. 41. fine. & lib. 8. confit. 7. 7. in fine num. 13. in nouissima editione, in quibus locis plures Doctores refert, affirmant decennium solum intelligi de priuilegiis singularibus concessis, non de priuilegiis concessis communitatibus, & Ecclesiasticis personis, in quibus longius tempus ad eum amissionem requiritur: regularitatem enim decennio inter patientes requiri, vicecum inter absentes, quia hoc tempus sufficiens est ad præscriptionem seruum & iuriū incorporalium & vi tradit. Anton. Gomez libro 2. var. cap. 25. Court. lib. 1. vnr. cap. 17. Molin. Theol. tract. 2. de inf. dispu. 7, ad quod priuilegia reducuntur. At si priuilegia sunt Ecclesiæ, aut monasteriorum concessa: tunc quadrigenium est necessarium, ex cap. accidentibus, de priuileg. c. illus. de præscript. & licet in c. si de terra, de priuileg. videatur expostulari, si sufficiens trienni præcipio: ut per caput accidentibus, certum esse videatur, ut ibi traducta glosa, Felin. Abbas, & alijs communiter.

In nostro tamen regno priuilegia ad agendum concessa deperduntur per non solum illorum intra decennium à concessione: priuilegia vero ad non agendum, scilicet ad non soluendum tributum, non deperduntur, nisi per non vium per triagia annos, que omnia constat ex l. 42. tit. 18. part. 3. & ibi Lopez Matienzo lib. 5. tit. 10. l. 1. glos. 17.

Neque obstat aduersus hæc priuilegia ad agendum concessa deperduntur per non solum illorum intra decennium à concessione: priuilegia vero ad non agendum, scilicet ad non soluendum tributum, non deperduntur, nisi per non vium per triagia annos, que omnia constat ex l. 42. tit. 18. part. 3. & ibi Lopez Matienzo lib. 5. tit. 10. l. 1. glos. 17.

Nec loquitur in speciali casu, & qui maximè priuilegia concessa, id est breviori tempore amittitur, ut dicit gloss. lib. 8. & in l. 1. salvo, verbo peregrin. C. de diversis reser. rum quia etiam priuilegium laicis concessum, quod decennio amitti potest præscriptione in contrarium. Et eodem modo explicanda est l. 42. supra telata. Adducatur probabilitas in nostro regno non amitti priuilegia illa ad agendum, vel non agendum concessa: si in primo decennio, vel tricennio à die concessions illis vius fuerit, etiam si infra illud decennium, vel tricennium longissimo tempore illis vius non fuerit, quia ita videtur decidi in lugd. l. 42. illis verbis, Tales priuilegios como eos durar per semper, per tenet, los que los rubieren no usare de ellos, hasta treinta años del dia que los fueron concedidos. Idem habetur in l. 3. tit. 7. l. 8. in fin. & infra loquuntur de priuilegiis de agendum dicti duran si pere, si usare de ellos, hasta diez annos des el dia, que los fueron dados. Vide ad perpetuatem horum priuilegiorum solum videtur expostulari, ut in primo decennio, vel tricennio, illius legis constat, & tradit Gregor. Lopez ibi, verbo safa triagia annos & probabile reputat Suar. lib. 8. cap. 24. Basil. de Leon n. 24. eti probabilis constat per non vium decennij, quocumque tempore sit amitti.

8 Tertia difficultas est, an hæc priuilegia, que per non vium cum a tertius præscriptione amittuntur, non solum in foro exterpo sed etiam in interiori amittantur?

Respondeo affirmativè, quia præscriptio præbet iustum titulum possidenti rem, & tollit potestatem à quoconque alio illa videnti, sic docet Suarez lib. 8. cap. 34. num. 26. Bonacina dis. 1. quis. 3. punct. 8. 8. 5. fine Basil. lib. 8. de matri. c. 18. §. 3. n. 24. Salas dis. 1. l. 13. n. 6. 4. verbo nihilominus.

## P Y N C T Y M XIX.

An priuilegium amittuntur per actum contrarium illius.

1 Non amittitur, si priuilegium solum fauorem priuilegiis resifici.

2 Cessat priuilegium, si vacuum successum non habeat.

- 3 Quia cedunt in aliorum grauamen, non admittantur nisi ipsi praescribant.  
 4 Quod valorem aliud, quibus prouilegio contradicis, cestat prouilegium, tamen si non prouideferint.  
 5 Si habet prouilegium non soluendi vestigalia, & permittas te scribi in libro, ubi ceteri non prouilegiati scribuntur, non amitis prouilegium.  
 6 Item si prouilegium habens, ne eligaris ad munera publica, & permitte te eligi.  
 7 Idem est de communione exempta à decimis, si semel, vel iterum soluat.  
 8 Quia requiruntur ad prouisionem contra prouilegium.  
 9 Quid dicendum, si condemnari ante prouisionem, in amissionis prouilegiis.

**E**X dictis in puncto precedenti facilius est huius difficultatem in soluto. Dicendum ergo est primò, prouilegia absoluta, quae solum recipiunt prouilegium, nullo modo amittunt per via contrarium: cum quia contrarius vius prouilegij non inducit renuntiationem illius, cum possit ob alias fines haberi a prouilegiis, scilicet ob vitandum aliquam item, aut iustitiam personae alicuius, quotiescumque autem aliqua, etlius ius concurrit fieri potest alterius finis à renuntiatione; præcivio renuntiationis excludenda est, quia talis renuntiatione odiosa est, & restinguenda, ut relato Felin, Anton, & alii docet sui lib. 8. cap. 18. § 6. n. 3. Addi esti prouisionem feuisse, ex illa non adiutetur prouilegium, quoque acceptur renuntiatione à concedente, ut supra diximus. Ergo Et ita tenet in his prouilegiis Suarez à n. 7. Basilus n. 4.

Dico secundò, prouilegia, quae non habent tractum successuum, sed ad unicum actum conceduntur, per contrarium viam illius omnino cessant. Et in hoc sensu est verissima sententia communis, prouilegium amitti per contrarium viam, de quo communiter DD. in cap. cùm accessione, de constitutis, cap. si terra, cap. accidentis, de prouilegiis, glossa in cap. ex ore, de hi qui sunt à maiore, verbo renuntiatio, & in cap. grauatum, de officiis, delegi, verbo recessum. Bart. Iaf. & alii in l. ultim. ff. de constitutis, Princip. & tradit Bonacina, Suar. Basil. Salas, Azor, Gregor. Lopez, & alii locis sapè allegatis. Ratio est manifesta, quia si prouilegium datum erat pro uno actu, & in illum non efficis, sed potius contrarium, cessat tibi prouilegium.

Dico tertio, prouilegia, quae in aliorum grauamen cedunt, queque tractum habent successuum, eo quod datur ad plures actus, non amittunt neque uno, neque pluribus actibus contrariis, nisi ex parte illorum, qui grauata sunt, datur præscriptio. Probo, quia huiusmodi actus non sunt toti prouilegio contrarii, cum non sit contrarii omnibus actibus, qui fieri possunt ex tali prouilegio, sed aliquibus. Ergo non derogatur prouilegium ex illis. Et confirmo. Si habetas prouilegium non soluendi tributa, & solvas hac occasione, & tempore potes nolle in posterum solvere. Ergo una, vel altera solvitur non integrè contradicit prouilegio. Ergo non possunt ex illis actibus amitti. Quod fani probatur ex l. 2. de prouilegiis veterani, ubi afferitur non habefactari prouilegium immunitatis ab oneribus ciuitatis, etlo quis sponte aliqua munera subeat. Idem colligitur ex l. voluntaria, C. de excusis, tut. l. 1. Cod. de his qui sponte munera subeunt, lib. 10. & l. 43. tit. 18. part. 5. & cap. si de terra, cap. accidentis, de prouilegiis, & similiter alius tradit Gregor. Lopez l. 4. tit. 18. p. 3. in princ. Suar. c. 35. n. 10. Bonac. disp. I. q. 3. § 8. § 6. n. 12. Salas. c. 13. n. 66. Basil. n. 27.

4 Verum esti hoc prouilegium non desperat contrariis aliis, quoque ex parte illorum, qui prouilegio grauarent, datur præscriptio: at quoad valorem illorum actuum, quibus contradicuntur, cessat tibi prouilegium, neque a legare illud potes: sic glossa ex cap. grauatum, de officiis, delegi, cap. ex ore, de hi qui sunt à maiore, & colligitur ex l. 2. § 3. Cod. de his qui sponte munera subeunt, lib. 10. & tradit Gregor. Lopez, Bonacina, Suar. Salas, Basil. Ratio est manifesta, quia in eo, in quo vis contradicere prouilegio, non potes velle vi illi: si enim habeas prouilegium non soluendi tributum, & solvas, iam in illi solvit non vis prouilegio gaudent, sed potius renuntiate. Qua ratione in l. 43. tit. 18. part. 3. fin. dicitur, habentem prouilegium super aliquas res, si de una illarum concurrit in iudicio, & condemnatur, eo quod non allegaveris prouilegium, prouilegium illi cessat, quoad illam rem tantum; ita et amplius in iudicio allegari prouilegium super ille non possit.

Hoc tamen intelligi debet: modò prouilegium sic ex illis, que in cuius favore d'recte concessa sunt, quibus ut præjudicare potes, alia nihil prouilegio derogas, etiamsi plures actus contrarios illi facias, ut notauit Basil. n. 26. Suar. à n. 11. Salas, & Bonacina l. 43.

5 Ex his infertur primò. Si habeas prouilegium non soluendi vestigalia, & permittas scribi in libro, ubi ceteri non prouilegiati scribuntur: & inta decem dies non appelles à tali grauamine, non obinde amissus prouilegium: quia non pro-

cessit tempus requisitus ad præscriptionem, sed solum inferrete velle illa vice soluere: sic tradit Iaf. in l. ult. Cod. de constitutis, Princip. Alexand. const. 33. quod referri, & valde commendat Gregorius Lopez suprad. l. 42. tit. 18. part. 3, consentit Bart. in l. voluntaria, Cod. de excusis, tutorum, & in l. ultim. ff. de constitutis, Principum. Suarez num. 14. sine Basilis n. 28.

6 Secundo infertur, si habeas uniuscavile prouilegium ne eligaris ad munera publica, & permittas eligi, non ideo amitis prouilegium, ne ad alia munera eligaris, inò ne eligaris alia vice, sed solum amitis pro illa vice, qua electioni consentisti: colligitur ex suprad. l. voluntaria, ibi, voluntaria tutela munera prouilegii nihil derogant, hoc est, nihil derogant quoad alia munera præter ea, quae sunt voluntarii suscepit, sic glossa ibi Basil. n. 18. Suarez cum Felin, Bart. & alii num. 12. & iuxta haec explicanda est l. fin. ff. de prouilegiis veterani. Veteranos, si possunt esse in ordinem legi, magistris fungi cogendos esse, cogendos inquam, esse fungi his muneras, quibus se subiecerant & quod ca, que inde consequuntur, non tamen cogendos esse fungi alii muneras.

7 Tertiò infertur. Si communitas prouilegio exempta à solutione decimarum, decimas semel, aut iterum soluat, non amittere prouilegium absoluere, sed solum quoad illas decimas solutas; quia non est presumendum voluisse integrè renuntiare prouilegium, sed ad euitandam item, aut alia de causa id fecisse, sic docet Basilis illo num. 28. Gregor. Lopez suprad. l. 42.

8 Dux in conclusione non amitti prouilegium per actus contrarios, nisi accedit præscriptio illorum, qui grauati prouilegia sunt. Ut autem haec præscriptio accedit, non requiriuntur plures actus contrarii prouilegio, sed sufficit si vnu adit continuatus, & sine vla illius retractione, quia tunc aduersus prouilegium in illo genere præteribit, quod optimè adserit Suarez illo cap. 35. num. 10. vbi dicit: Si quis prouilegatus semel soluit gabellam, etiam si iterum non soluat, non ex vnu prouilegiis, sed quia non occurrit occasio; & in eo statu permaneat per legitimum tempus, amittere prouilegium, saltem quoad illam speciem tributi, quia præteribit, contra ipsum. Idem est, si paullus est se eligi ad munus, ad quod erat immensis, vel paullus est electionem fieri sine suffragio, ad quod habet prouilegium: nam licet nulla alia electio fiat, illa cum tempore sufficiente sufficit. Quod autem sit legitimum tempus ad præscribendum, iam dixi superiori puncto.

9 Dico quartò. Si in his prouilegiis, quae tractum habent successuum, condemeris in ammissione illorum ante tempus præscriptionis, eo quod feceris actum prouilegio contrarium, quia index præsumit, & fecisse ex animo renuntiandi integrè prouilegium, cum tamen non feceris, non tenetis in conscientia sententia obediendi, sed potes sceluso scandalo prouilegio vitiata: quia sententia ipso præsumptione fundata non obligat: at in foro externo debes te reparare, ut prouilegio deflaturum; sic docet Bonac. illa disp. 1. q. 3. p. 8. § 6. num. 16. Suarez illo cap. 35. n. 25. circa fin.

Seus vero, si sententia datur, non ob præsumptionem renuntiationis, sed ob contrauentionem prouilegij: nam tunc etiam in foro conscientia, obediens tenuis: quia est iusta sententia; raro tamen sententia ob haec finem pronuntiatur; sed solum, quia præsumunt prouilegatus renuntiassse prouilegium, Suarez suprad. cum glossa in cap. pro illorum, verb. authoritate, de præbend.

#### P V N C T V M   X X .

##### An prouilegium amittatur per illius abusum.

- 1 Quibus modis abuti potes prouilegio.
- 2 Quemcumque abusum exercetas, dignus es illius ammissione.
- 3 Ipso facto propter abusum, non primitus quis prouilegio nisi ex verbis prouilegiis aliud constet.
- 4 Explicatur supradicta doctrina, discurrendo per abusus communiter contingentes.

1 Prouilegio abuti potes tripliciter. Primo si excedas prouilegium ultra id, quod concedit. Secundo si occasionem ex illo sumes delinquendi. Tertio addi solet, si huius prouilegij tuis prauis moribus reficiis, v.g. est tibi concessum prouilegium, ne in Ecclesiis resicas, ut literis vaces: & ut vco teis temporis, & vanis rebus occuparis, fini prouilegii reficiis.

2 Quocumque autem ex his modis prouilegio abutaris, meritis illud amittere, iuxta doctrinam satis receptam: Prouilegium meretur amittere, qui concessa libi abutitur facultate, cap. vbi, distin. 74. cap. prouileg. 11. q. 3. cap. licet, de regularibus, cap. vi prouilegia de prouilegiis, c. consingulis, & de senti, excommunic. & alibi sapè. Quia si quolibet ex his modis datur verus prouilegiis abusus, ac proinde verum amissiois meritum, sic Salas disp. 17. sect. 13. num. 6. 7. Bonacina disp. 1. q. 3. punct. ult. §. vle. n. 2. Suarez lib. 8. cap. 35. à n. 4.

3 Difficultas est, an prouilegatus propter abusum primitur

Q 4 ipso

ipso facto priuilegio, vel veniat priuandus. Item an priuatur toto priuilegio, vel parte illius, id est, valore actuvm, quos virtute priuilegij facit?

Cui difficultati respondeo, regulariter loquendo, nullum priuari suo priuilegio ob illius abusum, sed solum venire priuandum, quia in allegatis textibus solum dicitur mereti amittere priuilegium, qui concessa sibi abutitur potestate; id est, dignum esse amittere, sic docet Salas, Bonacina, Suarez *suprā* Bahlus de Leon lib. 8. c. 18. n. 29.

Dixi in conclusione, regulariter loquendo, propter abusum non amitti priuilegium ipso facto, ut intellegitis aliquando ipso facto amitti, quia ex priuilegiis verbis debes colligere, quod hanc poenam expresse non appulerint, non debes censere ipso facto impostrum, sed solum ferendam. Addic, etiam si ipso facto imposta sit, non teneris te priuilegiis vnu priuare, quovis aduenienti sententia faltem declaratoria abulus, ob quem priuari priuilegio, iuxta dicta de legi penalib; & tradit in praefecti Suarez lib. 8. cap. 36. n. 8. Bonacina disp. 1. q. 3. p. 8. §. v. n. 1.

4. Vt auctem supradicta clarius intelligantur, placet discutere per modos, quibus abuti potes priuilegio. Et quidem quando abutitur priuilegio extendens illud ultra id quod potes, clarius est extentionem illam esse nullam, vnu potest sine potestate; ob illam tamen extensionem, & priuilegium abusum meritis priuilegio priuari: & de facto aliquando priuari, vel toto priuilegio, vel parte illius: vt in cap. 2. *de polini. prator. cap. 3. in curia. §. viii. & cap. 3. in Vtovitoniis. de elect. in quibus textibus priuariis pro illa vice potestate eligendi, eo quod elegeris indignum. Si autem secundo modo abutaris priuilegio, occasionem ex illo defensum delinqnenti, meritis quidem priuilegium priuari: at factu ipso non es priuatus sicutem, quovis aduenienti sententia declaratoria criminis: vt videri potest in cap. contingit, 2. de sentent. ecommunicat. vbi clericis incendis sine habitu, & confusa occasione libertus vnu adi, non amittit priuilegium clericale, quovisque tecum monitus sit. Facta autem tamen monitione iam illi priuilegium prodest non potest. Autem tamen non teneri ipsum te priuilegio priuare, quovisque per sententiam declaratur. Idem habetur in cap. ex litteris, de vita, & honestate clericorum, vbi clericis negotiator tecum monitus non defendit ut solvendis tributis; quia factu ipso priuilegium abiecit clericale: debet autem constare tecum monitus est, & insolper declarari, quod praeferentis diuinis officiis secularibus negotiationibus militaret. Ad idem reduci potest: qui in Ecclesia delinquit eius immunitatem priuatur, vlt. de immunit. Eccles. Quod si abulus priuilegi tollat finem, & fundamentum illius: tunc clarum est cessare priuilegium eo modo, quo cessat finis, & fundamentum illius si enim finis, & fundamentum priuilegij non omnino cessat, sed solum quoad aliquem actum, tunc priuilegium pro illo actu cessabit. Si vero in totum cessat finis, in totum etiam cessabit priuilegium, sed hoc cessatio non est in ponam abusus, sed ob defectum suis à priuilegio intenti. Exemplis manifestatur; conceditur enim clericis coniugato gaudere priuilegio clericalem, si habitum deferat clericalem, & alicui Ecclesia deseruit: quo priuilegio priuatur eo ipso, quod laicis vivat; quia cessat tunc causa concessionis: vt constat ex Trident. l. 2. cap. 6. de reformat. & dictum erat in cap. ex parte, de clericis coniugato, cap. univ. eod. tit. in 6. Sed hoc amissio non est absoluta, & in perpetuum, sed interim dum laice vivit: nam si deposito habitu laico habitum clericalem deferat, & Ecclesie definitus sit, gaudebit priuilegio. Accipe aliquid simile, quod adducit Didac. Per cap. 8. tit. 2. lib. 1. ordin. regul. Suarez lib. 8. de legib. cap. 36. n. 7. Bonacina disp. 1. quaf. 3. purer. vlt. §. 7. fine, Salas disp. 17. sect. 13. n. 68. de beneficiario, cui est priuilegium concessum lucrandi fructus suu pribenda: abique residencia ob studium literarum, qui si non studet, amittit priuilegium, non quidem absolute, sed quoad fructum illius, hoc est, pro tempore, quo non studet, quia scilicet dum non studet, non potest gaudere priuilegio, & virtute illius fructus prebendae in absentia recipere; quia cassa conditio, seu causa, sub qua priuilegium est concessum, sicut enim beneficiarius absens a beneficio sine caula, non potest fructus illi temporis correspondentes lucrari; ita neque hic, qui illi tempore absque caula studii non vacat, nos potest similes fructus lucrari virtute priuilegij; qui priuilegium residentiam Ecclesie in studium commutare, visum est: que omnia non leviter constituantur ex cap. generaliter, 16. quaf. 1. quod est sumptu ex l. generaliter Cod. de Episc. & cleric. ibi eius tamen clericos. & monachos habere huiusmodi beneficium (scilicet exemptionis à testamento testamentaria dativa, sive legitima) sanctius, qui apud sanctas Ecclesias, vel monasteria permanent, non diaconantes, neque circa diuina ministeria desiderant, cum proper hoc ipsius beneficium ei indulgeamus. Addit tamen Salas illo num. 68. & consensu Suarez. & Bonacina *suprā*, supradictam doctrinam procedere, quando ex priuilegio constat solum ob illam causam, quae cessat, esse priuilegium concessum; sicut vero si ob aliam & quae principaliere concessum fuisset, que tamen non cessaret, item quando cessat ob causa cessationem, priuilegium non cessat in se, sed quoad fructum eius pro tali tempore, seu*

modo operandi. Nam si postea velis bene vti, poteris fructa priuilegij gaudere.

## P V N C T V M X X I.

## De amissione priuilegij per renocationem.

P Retermitto primo priuilegium sive in triplici differentia: Primo est priuilegium gratuitum, id est, ex liberta Principis voluntate concessum. Et hoc contingit duplicitate. Aliud confessus solum in potestate, & licentia delegata ad aliquem usum contra legem, vel præter legem: aliud, per quod ius in priuilegium transferit. Secundo est onerosum, & lucrarium, quod datur ob aliquod onus, vel lucrum à priuilegiario exhibitum. Tertius est priuilegium remuneratum, quod datur in premium, remuneracionem feruitorum, quæ à priuilegiario sive Principi exhibita.

Primito secundo, priuilegium & subditum, & non subditum concedi potest.

Primito tertio, priuilegium, sive gratuitum; sive onerosum, aliquando inuoluit dispensationem legis, aliquando non.

## §. I.

## An priuilegium gratis concessum renocari possit.

1. Priuilegium datum ob aliquem usum validè renocari potest ablique causa, sed peccatum veniale committitur.
2. Priuilegium transferens dominum priuilegiorum nequit à concedente, neque ab eius successore renocari.
3. Satisficere eidem oblatione.
4. Expenditur, qua causa sufficiat ad renocandum priuilegium acceptatum, cuius priuilegiorum haber dominium.
5. Princeps renocans priuilegium, quod sine causa renocare non potest, tenetur probare causam adeo renocationis.
6. An reguratur ad huius renocationem ultra legitimam causam compensatione priuilegij? Probabilis est non requiri.

1. Dileendum est, si priuilegium constat in facultate, & licentia delegata ad aliquem usum, vel contra communem legem, vel præter illam, potest validè concedens, & eius successor renocare, quando voluerit peccatum veniale: si ab aliquo villa id fecerit, si cum communis sententia tradit. Fecio. n. 8. 9. & 10. de ind. Thomas Sanchez lib. 8. de dispens. c. 33. n. 1. Suarez de legibus. lib. 8. cap. 37. n. 10. Salas disp. 17. sect. 14. n. 70. & disp. 20. sect. 18. n. 16. Matienz. lib. 5. tit. 10. l. 6. num. 5. Bonacina disp. 1. quaf. 3. p. 1. 8. §. 3. n. 1. Basilus lib. 8. de marim. cap. 19. num. 11. Prior pars conciliorum, scilicet validè posse renocare hanc facultatem, constat: quia hæc est, quasi quedam delegatio: delegatus autem nomine delegans operatur. Ergo ex voluntate delegantis cessare potest. Quod si haec facultas, & licentia operari contra communem legem, alicui subdito sit concessa; clarius constat renocari posse à concedente, quia potest ipse concedens exemplum à lege subditum iterum legi subiungere: quia cum non amittere potestat iurisdictionis in illum, poterit, circa illum exercere, denio imponens praecipuum, quod per priuilegium sublatum fuit. Secundum partem conclusionis, sollicit in hac renocatione peccatum veniale admitti, probo. Quia sine causa voluntate mutare, levitatem, & inconstitutam est, & contra naturam beneficium Principis, quod decet esse manutinum, ex reg. decet, de reg. iur. in 6. & tradit pluribus exponit. Molin. de primogen. lib. 4. cap. 3. n. 20. Sanchez num. 11. Bonacina n. 6. Salas disp. 17. n. 70. Limitat tamen Sanchez num. 6. & 7. supradictam doctrinam in conceptione iurisdictionis, quam dicit renocari posse pro libito ab aliqua causa, etiam si illa vello peccato, quia videatur semper hæc excepta, vt dicit, quoties concedenti placuerit. At credo retinendam esse communem sententiam, ut peccatum si veniale hanc renocationem facere ablique causa, quia arguit levitatem, & mutationem, & docet Suarez, Molin, & alii, locis allegatis.

2. Verum si de priuilegio, quod dominum transfert in priuilegium, loquuntur, sive subditum, sive non subditum concessum sit, non poterit concedens, neque eius successor renocare validè ablique causa, si iam fuerit acceptatum; quia donatio acceptata non potest ad libitum donantis renocari. Alius ablique causa poterit quis priuari rebus suis, si cum communis sententia docet Suarez illo cap. 37. num. 7. Bonacina num. 5. Sanchez n. 2. Matienz. supradicta gloss. 1. num. 6. vbi plures referunt. Molin. *suprā* n. 11. Ex quo sit, si cibi priuilegium sit concessum, decimandi, exigendi aliquid tributum, non potest Princeps pro libito à te tollere, quia possides illud tanquam bonum proprium, quo sine causa priuari non potes.

3. Neque obstat l. 1. tit. 10. lib. 5. non compil. vbi dicitur, Tememos por bien y mandamos que las mercedes que se hizieren solo

la voluntad de los Reyes, que se puedan del todo renocar. Quis lex videtur esse contraria, tam dicitur, tum i. eod. tit. 10. lib. 5.

*Las causas que el Rey diere a alguno, no se las pue de reñocar el en su oficio alguno sea culpa. Quia, ut bene explicat Matienz. l. 5, loquitur in quodam speciali facto, scilicet in beneficiis factis a Rege ex sola sua voluntate, sine confilio procedum, vel loquuntur de beneficiis, quae a Rege sunt de redditibus sibi propriis, quales Hispanie vocantur iure. Si enim de his redditibus aliqui concedatur a Rege, poterit pro libro reñocari; quia concedetur sub hac conditione, ut duret, quores concedent placent. Et traditur in l. 1. fine, tit. 16. part. 4. In alio vero privilegio, & concessionibus retinenda est communis sententia, non posse pro libro concedentes reñocari.*

4. Sed inquires, quae causa legitima sit ad reñocandum privalium acceptatum a privilegiato, & cuius ipse habet dominum?

Respondeo, si privilegium non subditum fuit concessum, & ab illo acceptatum, nullum in donante relinquere reñocandi potest; quia concedens non habet potestatem, neque in personam privilegiari, neque in bonis illius, non poterit privilegium acceptatum reñocari priuilegio priuilegiato: sicut enim Princeps ob bona sui regni, non potest alterius regni subditum priuilegium acceptatum, neque poterit privilegium illius concessum, quia iam illa priuilegia bona sunt illius, & non concedenti subiectus cum communis sententia docet Anton. Gabr. lib. 3. tit. de iure quatuor non iuridicis, concil. 6. num. 10. Matienz. lib. 5. recipil. tit. 10. l. 6. gloss. 1. n. 4. Dixi, nulli in causa, in quo donatio perfecta reñocari potest; quia hunc privilegium concessum, est quodammodo donatio; & proinde ex illa causa, ex qua donatio reñocari potest, & priuilegium hoc reñocabile est: & notauit Matienz, cum aliis scriptis.

Sed dices. Potest priuilegium non subditum concessum ceder in grauissimum detrimentum concedentis, vel regni. Ergo in tali causa potest reñocari.

Respondeo ex illa causa, etiam donatio perfecta videatur reñocabilis, quid mitum si etiam priuilegium reñocetur? Addit illa proprie non esse revocationem, sed cessationem priuilegii ex causa rerum mutatione: videatur enim concedi sub tacita conditione, dum modo damnosum non sit concedenti, & regno. Alius si concessum fuerit a intentione, ut extenderetur ad ceterum, in quo priuilegium graue concedenti vel eius regno affectet, esse iterationis obilius concessio, sic Suaez. lib. 8. c. 37. num. 3. Si vero priuilegium subditum fuerit concessum, alatum est reñocari posse ex illa causa, quibus donatio perfecta reñocabilis est: item queroris in grauissimam causam Regis, vel regni credit, ut non subditum diximus. Addit non solum ob has rationes posse subditum reñocari priuilegium acceptatum, & cuius ipsi habet dominum, sed etiam, quies ad publicam visitationem speclarie, talis reñocatio: quia causis bona subditum subduntur dispositioni Princeps in ordine ad publicam visitationem. Ergo in illis causis, in quibus potest Princeps subditos priuare bonis suis, potest & priuilegia illis concessa reñocare. Addit haec non est tam revocationem, quam cessationem priuilegii: videtur enim sub hac tacita conditione concessio, ut dicens, quies ad publicam visitationem, etiam concessio non perirent: sic docit multis relatibus Matienz. lib. 5. recipil. tit. 10. l. 6. gloss. 1. n. 10. & 12. Suaez. numer. 5. Basilis lib. 8. cap. 19. §. 2. num. 13.

5. Sed inquires secundum, an quoris Princeps reñocat priuilegium ateri concessum, quodcumque absque causa validè reñocare non potest, & tamen probatae causam, vel sufficiat, si adesse affirmeris?

Respondeo probabiliter videiri teneti probare causam; alias ubi esset sumum, sed facilissimo negotio posset Princeps ius usum quoniam auferre: sic docet multos allegans Matienz. lib. 5. recipil. tit. 10. l. 6. gloss. 1. n. 16. redditus que rationem, quia ubi aliquid permittitur ex aliqua causa, & ea deficiente est prohibitorum, fatis non est causam exprimere, nisi vere probetur: & docet Bart. in I. f. for. per illum textum, ff. de castrensi pectio, & in I. 1. donatione, vbi late moderni Cod. de collationib. Ripa lib. 1. respons. tit. de recrip. cap. 19. num. 19. lausificat. Aymos. Cratetta de antiquis temporibus, in prime. num. 16. & deinceps usque in finem.

6. Inquires tertio, an requiratur non solum iusta causa ad validam revocationem huius priuilegii, sed etiam aliqua illius compensatio: Videatur requiri, quia priuatur priuilegiatus iure ius quatuor. Ergo est illi debita satisfactio: si enim alius bonus priuatur, debetur Princeps recompensationem quoad possit facere. Ergo etiam debet pro priuilegio, quod bonum illius est. Nihilominus tamen probabilis sensio, non requiri ex iusta compensationem. Quia licet priuilegium sit bonum priuilegii, est tamen bonum gratis illi donatum. Ergo habet conditions donationis, quae reñocari absque compensatione potest, cum adest legitimis causa reñocandi. Non enim concedens priuilegium gratis, incendit hanc sibi obligacionem imponere non reñocandi, causa iusta intercedente, nisi facta recompensatione: sed potius praesumitur concedere sub potestla-

te reñocandi, absque recompensatione, cum iusta causa intercedat: & ita relato Decio in cap. novit. num. 7, verbo quarti fallit, ut iudicis, docet Suaez. lib. 8. cap. 17. num. 9. Basil. de Leon lib. 8. cap. 19. §. 2. n. 13. Bonacina disp. 1. quatt. 3. punct. 2. §. 3. num. 3.

## S. II.

Renocarne possit priuilegium onerosum, & remuneratorum.

1. Non potest hoc priuilegium reñocari, nisi causa boni communis intercedat, & satisfactio à reñocante exhibeatur.
2. Dispensationes concessae pro foro externo non possunt, nisi super predictis conditionibus intercedentibus reñocari.
3. Priuilegia concessa in Bulla non reñocantur anno Iubilai.
4. Extendetur doctrina ad priuilegium remuneratum.
5. Probabilitate non caret ad huius reñocationem requiri compensationem.
6. Expliquerit quid requisitum, ut priuilegium censeatur concessum in remuneracionem.
7. Censeantur probatae merita, si concedens adesse affirmet t.

1. Priuilegium concessum per contractum, id est, sub onere aliquo preti, vel operi exhibendi, reñocari à concedente non potest; nisi legitima causa intercedat, quia nulla alia est, nisi communis boni, & utilitatis publicae: iuxta superius dictas & in iure teneri reddere pretium, si accepit, quod si priuilegium non accepit, sed opus invenit, teneri reddere aequivalentiam illius operis, alias nulla erit reñocatio, ut pote iniulta, sic multis allegatis probat Matienz. lib. 5. noua compilat. tit. 10. l. 6. gloss. 1. n. 13. Gregor. Lopez leg. 2. tit. 1. pars. 2. verbo, *buen cambio*, per text. ibi Sanch. lib. 8. disp. 33. n. 9. Suaez. alios allegans lib. 8. cap. 37. n. 5. Salas disp. 17. sect. 14. n. 70. & disp. 20. sect. 4. n. 42. ut p. predicta tempore, praepucius tamen sect. 18. n. 126. Bonac. disp. 1. q. 3. c. 8. §. 3. n. 2. Vndeque in obituario c. 6. §. 1. dub. 1. num. 55. & dub. 2. n. 33. Lessius lib. 2. de iustitia. o. 3.3. dab. 4. n. 35. Basil. de Leon lib. 8. de matrim. cap. 19. §. 2. num. 13. Azeued. lib. 1. recipil. tit. 3. leg. 4. n. 41.

2. Ex haec doctrina inferitur primo dispensationes concessae pro foro externo à Pontifice in gradibus prohibitis ad contrahendum matrimonium, non potest ab eodem reñocari, nisi causa iusta intercedat, & in iure reddatur pretium ei cum quo fuit dispensatum, sic Sanch. supradicta n. 13. Bonacina n. 1. Basil. n. 13. Salas disp. 20. sect. 18. sub finem. Et iatio. It manifesta: quia data est dispensatio, & priuilegium ob pecuniam solutum.

3. Inferitur secundum, priuilegia in Bulla crucis concessa non reñocari per Iubileum, quod olim concessio anno conceperit solebat, & anno 25. anno concedatur, quamvis Pontifex dicat le reñocare omnes gratias, priuilegia, & facultates singulis personis quoniam dignitate fulgentibus, etiam Regibus ex quoniam causa sunt concessa: adiuc non reñocatur concessa in Crucis, quia illa sunt concessa sub contractu oneiro, cuius debet specifica mentio fieri: & concilii sunt sunt priuilegia Bullae singulari, quia singuli signant illam elemosynam tribuant, & non alii: ut constat ex illi verbis, *porque a dies tanta limosina os concedo*, &c. debet haec in iure reddi vienique elemosyna data, aliam reñocatio est in iusta, & nulla: & ita tradit Henric. lib. 7. de induc. cap. 21. n. 7. Manuel in expedit. crucis. §. 12. num. 13. Bonacina disp. 1. quatt. 3. punct. 8. §. 3. n. 13. salas disp. 20. de leg. sect. 18. circa finem. §. binc colliguntur. Sanch. disp. 1. p. 10. & testatur Clementem VIII. sic explicat. & anno 1615. in tota Hispania publicata fuit Crucia, & valorem habuit, & Pontifex Vrbano VIII. declarauit 15. Februario non est eius motetum per Iubileum Romanum gratias, indulgencias, & facultates in Crucis concessas suspendit, idem tradit Basil. de Leon lib. 8. de dispensationibus, cap. 19. n. 13. vbi addit haec validè obseruanda esse ad ea, quae nonnulli dicunt de reñocatione Bullæ comparatio Religiorum.

4. Idem quod dicimus de priuilegio dato per contractum onerosum dicendum est de priuilegio remuneratio, siue remuneratio fuit debita ex iustitia, siue ex gratitudine: quia quoconque modo debita sit, cedit priuilegium illius debito ob priuilegium sibi concessum: eaque de causa transit in contractum: sic relato Felino cap. nouit. de iudicis. n. 12. docet Sanch. supradicta n. 5. Basil. n. 13. Suaez. n. 6. Matienz. lib. 5. recipil. tit. 10. l. 6. gloss. 1. n. 18. latius dixit tit. 7. leg. 11. glossa 1. & glossa 9. Bonacina n. 2.

5. Sed est difficultas, an non solum ad huius reñocationem causa publica requiratur, sed etiam aliqua compensatio, sicut diximus de priuilegio concessio per contractum onerosum? Negant, eti dubitanter. Suaez. Basil. Bonacina quando remuneratio non est debita ex iusta sed solum ex gratitudine. Et ratio est: potest, quia reñocans priuilegium reducit res in priuium statum; & conseqenter reddit priuilegiatio sua merita, quo-

rum cessionem fecerat ob priuilegium: cum autem illa merita non expostulant ex iustitia compensationem, non videtur compensationatio illi debita esse. Fator hoc esse factus probabile: ut probabilitate non caser requiri compensationem ex iustitia, non quidem propter merita praeceps, sed propter cessionem illorum, quam fecerat ob priuilegij consecutionem; que celsis precio quidem est estimabilis, cum sit actio libra dano saepe cedenti, & utilis celfionario: quia tamen nunquam reddit, etiam si redant merita. Quapropter reliqui omnes Doctores eodem modo de priuilegio remuneratorio, ac de priuilegio per contrahendum onerosum, & lucrativum loquuntur.

6 Secunda est difficultas. Quid requiratur, ut priuilegium censeatur concessum in premium, & remuneracionem meritorum?

Respondeo non sufficere generalem mentionem meritorum, sed requiritur specialis; ita ut expressè dicat: Ob haec, & illa merita tibi hoc priuilegium concedimus. Ratio est, quia priuilegium ob merita concessum debet meritis adaequare, sed non potest constare haec adaequare, nisi merita exprimantur. Ergo. Secundò, quia generalis mentio meritorum in priuilegio facta potius videtur pro honore priuilegiorum fieri, quam pro veritate. Quapropter reputanda est, ac si facta non fuisset, argumentum, l. quod vendor, & ibi notatus, ff. de dole, & l. si quid vendor, & l. f. ff. de editis, editi. Tertiò, quia obscura, & dubia locutio nullius effectus esse videtur, ex l. ubi auem, §. qui illud, ff. verb. obligat, l. cum incertis, ff. de legis. 1. ultim. C. de annal. except. At generalis locutio meritorum dubia est, & obscura, ex l. prator editis, in princ. ff. de minoribus. Ergo non amplius valet, quam si apposita non fuisset: & ita tradit pluribus exornans Tiraquell, in l. vii unquam, C. de reu. donati, verbo donatione largius, n. 85. Socin, conf. 395. n. 8. ver. 4. causis, lib. 5. Matienz, lib. 5. recop. tit. 10. 1. 5. gloss. 12. n. 2. ver. 4. causis, lib. 5. Matienz, lib. 5. recop. tit. 10. 1. 5. gloss. 12. n. 2.

7 Tertia est difficultas, an haec merita censeantur probata ex eo solùm, quod concedens priuilegium illa esse affitne?

Respondeo, si merita specialiter fuerint expressa, sufficienter censeantur probata ex Principiis affectione, maximè si per instrumentum publicum id afferat: tecum solum generaliter dixerit, quia est bene meritus, sic laf, consil. 217. vol. 9. vers. 9. pro ista parte, lib. 2. Gregor. Lopez in l. 3. tit. 10. p. 2. verbo la mercede, & multis allegatis Matienz, lib. 5. recop. tit. 10. 1. 6. gloss. 1. n. 19. & l. 1. 5. gloss. 12. n. 5. Limitat autem hanc assertione Matienz. & Greg. Lopez, & Tiraquell, in d. l. si unquam, verbo donatione largius, num. 77. dummodo Princeps prohibitus non sit alienare, nisi praecedens merita: nam tunc secundum communem sententiam merita non probantur, etiam si expressa fuerint. Quia presumuntur expressa, ut eius donatio valeat, ex l. qui testament. & ibi gloss. ff. de probatione. Quod adeo vetum est, ut nos sufficiat, etiam si iuramentum in eius confirmationem addiderit, ut ipse Tiraquell, num. 79. & Matienz, l. 15. gloss. 12. n. 7. probant.

### S. III.

Quis possit supradicta priuilegia gratuita, onerosa, & remuneratoria renocare, calu quo renocabilia sint.

- 1 Concedens, & eius in dignitate successor optimè potest.
- 2 Quid dicendum de dispensatione inferioris in lege superioris? Affirmant aliqui posse renocare.
- 3 Probabilis est oppositum.
- 4 Duo inde infernuntur noscenda.
- 5 Quid dicendum de inferiori prelato? An illius superior possit renocare dispensationem ab illo factam.

**C**larum est fieri posse à concedente priuilegium, & eius successore: quia habet eandem cum illo iurisdictionem. Quod non solum in supremo Pontifice, in quo resolutio erra est, sed etiam in quolibet inferiori habet verum: licet Anton. Gabr, alios referens lib. 3. tit. de iure quasit non tollendio concil. 7. n. 9. contrarium dicat absque fundamento, ut bene aduerit Suarez illo cap. 37. num. 12. Balz, cap. 19. num. 15. Ratio est, quia priuilegium solum iurisdictionem concedens spectat, & ab ipsius solum voluntate pender. Ergo poterit sicut supremus illud tollere; quia in illius concessione tanquam supremus operatur.

2 Difficultas est, an sicut priuilegium concedens contra ius proprium, potest validè illud renocare absque legitima causa; idipsum possit inferior dispensans, vel concedens priuilegium contra legem superioris, quando illi concessa est facultas dispensandi?

Affirmant aliqui fieri posse. Tum quia facultas ab his Praelatis concessa habet tacitam conditionem, ut perficeret quoniam ab ipsis non fuerit renocata. Tum quia ipsi intendunt per dispensationem factam non derogare sive iurisdictioni, sic tra-

dit Bonacina disp. 1. q. 3. pum. 7. 8. §. 3. n. 1. reputat probabile Suar, lib. 8. cap. 37. n. 1.

3 At nulli probabilis est, validè inferiorum absque causa renocare non posse dispensationem à se factam: causa autem interueniente, posse, docet Sanch. disp. 33. n. 12. cum glossa e. cum ex eo, verbo sepiennium, de elect. in 6. & ibi Archidiac. Dominic. Francus, & alii. Roman. singul. 519. Salas disp. 20. de legibus, sect. 18. fin. Basilius de Leon lib. 8. cap. 19. num. 15. & reputat probabile Suarez num. 14. & 16. addit: cum concedatur pro tempore limitato dispensatio, valde probable esse renocari non posse, argumentum textus in cap. univo, de communitate, vbi dicitur rem commodatam ad certum viuum, vel tempus, non posse ante illud repeti: & subdile rationem, cum non debeat probabile nos decipi, sed iuuari. Item quia pro toto illo tempore abutilis legem superioris, quam ipse inferior restituere non potest. Ergo vero generalis ea est, quia inferior non potest validè dispensationem in lege superioris concedere, absque causa. Ergo neque etiam poterit dispensationem iam concessam ab illa causa renocare: cum enim ex voluntate superioris operatur, non est unde colligatur voluntatem superioris esse, ut validè ab illa causa renocare: cum tamen ab illa causa non posse validè concedere: Neque obstat ratio in contrarium quia dispensatio fuit absoluta, & gravis fingeretur habuisse conditionem.

4 Ex quo inferior primò, non posse ab illa causa Episcopum renocare licentiam patrochio concessam ad non residendum, vel ad differentes ordinis ratione studi, quia est dispensatio in lege superioris: quam ipse denuo stabilite non potest: sic docent Sanchez, Salas, Basilius & alii, num. 15. procedentes relaci. Secundò inferior dispensationes à facta Peccantiaria concessas non posse ab illa causa renocare ob ipsam ob eandem rationem. Quis voluntas Pontificis est, ut semper causa interuenienter virut iurisdictione, sic Salas suprà, & tenet reliqui contenti?

5 Sed quid dicendum de inferiori Prelato, an illius superior possit renocare dispensationem ab illo datam validè absque causa?

Respondeo, si Ponitifex sit, qui renocare, validè renocare, quia ab illo omnis iurisdiction pendet: & quia potest denuo legem ablatam impone, & subditum ab illo exemptum illius obligationi subdere: At inferiores Prelati non videant posse, eo quod videant in iurum priuilegium inferiorum viu legitimo fuisse ordinaria iurisdictionis: sic docet Sanchez disputat. 33. numer. 7. cum Suarez tom. 4. in 3. part. disputat. 26. sect. 3. num. 3. Et lib. 8. de legib. cap. 37. num. 17. fine. Basilius lib. 8. c. 19. num. 15. fine.

### S. IV.

Qua ratione facienda est renocatio priuilegij, vel dispensationis, ut censeatur efficiere.

Quum habere.

- 1 Dupliciter renocari priuilegium potest.
- 2 Clausum generalis in renocatione expressa sufficit.
- 3 Excipiantur priuilegia concessa per modum contradic. one. sive remuneracionis.
- 4 Item priuilegia habentia clausulam, ut non possint derogari.
- 5 Item priuilegia in corpore iuri.
- 6 Quid si priuilegia sint in Concilio generali, debet expressè illius mentio fieri.
- 7 Sublimanda haec sunt, nisi alter conferre voluntate derogantis.
- 8 Derogatio tacita, que consistit in contraricarte posterioris priuilegij, cum antiquo derogat antiquum, si concedatur ex scientia prioris priuilegij.
- 9 Quomodo praeferuntur haec scientia. Distinguuntur ad eius explicacionem triple derogationis modus.
- 10 Si priuilegium infernum sit in corpore iuri lege universali contraria derogatur, scimus si extra corpus iuri sit.
- 11 Idem dicendum, cum alio priuilegio contrario derogatur si in corpore iuri sit infernum.
- 12 Propositus obiectio, & si illi sat.
- 13 Extra corpus iuri priuilegium non derogatur, nisi illius fiat mensio, qui teneantur.
- 14 Probabilis est secundum priuilegium valere non obstante generali priori.
- 15 Satisf. arg. n. 33. adductio.
- 16 Per sententiam derogari priuilegium, quibus probetur.
- 17 Renocatur, si condemnatur reus in amissione priuilegij, seu per sententiam convariam.
- 18 Satisf. rationibus, n. 16. adductio.

**D**upliciter renocari priuilegium, vel dispensatio potest. Primo expressè. Secundo tacite. Expressè renocatur, quando verbis expressis renocatio fit. Tacite renocatur,

catur, quando Princeps actum facit, qui cum priuilegio stare non potest.

2 Loguendo igitur de revocatione expressa, dicendum est, regulariter loquendo, sufficere clausulam generalem, quia Princeps dicit velle tale priuilegium, vel constitutionem valeat, non obstantibus quibuslibet priuilegiis in contrarium; quia haec de se sufficiens est qualibet contraria priuilegia abrogare: sic Doctores statim referendi.

3 Limitanda rāmen est primò in priuilegiis concessis per modum contractus, sive onerosi, sive remunerati, hæc cum revocata non conferat sub quacunque clausula generali, nisi exprimantur in revocatione priuilegia eritam per contractus concessa; sive cum haec priuilegia irreuocabilia sint ob ius terio quæcum, nisi causa publica intercedente, & compensatione, quod fieri possit, facta, nullo modo ilorum revocatione debet presumi, quovisque exprimitur: sic alii relatis Sanchez disp. 33. num. 8. Suarez lib. 8. cap. 38. num. 3. Bonacina disp. 1. 9. 3. Punct. 8. n. 11. Salas disp. 17. sect. 14. n. 7. 73. Et 79. ad fin. 9. 3. Azor lib. 5. cap. 12. 1. Basil. lib. 8. 13. n. 16. Azeued. lib. 1. resp. t. 3. leg. 14. n. 42.

4 Limita secundo in priuilegiis habentibus clausulam, ut derogari non possit, nisi eorum specifica mentio fiat. Tunc enim, ut revocata conseretur, debet addi aliqua clausula, qua haec priuilegia videtur contineri, ut si dicat Princeps: Revocamus priuilegia in contrarium, etiam si clausulam habeant, ut derogari non possint, nisi de verbo ad verbum illorum fiat expressamento. Tunc enim claram est derogari; quia illa legi, quam sibi Princeps imponit, ne revocare censeatur, nisi exprimendo priuilegiorum revocatum, iam dispensat per illam revocacionem. Adde sufficere, si dicat se revocare priuilegia in contrarium, sub quacunque forma concessa sunt: nam illa verba, sub quacunque forma concessa, aliquid operari debent, ac proinde revocatione debent esse priuilegiorum habentium clausulam revocatoriam quacunque priuilegiorum, alias suspendi essent, contra textum in cap. si Paza, de priuilegiis, in 6. lib. 1. cum verba aliquid operari debeant; Et 1. 3. in princ. ff. de iure uerando, ibi, nec frustra adjectur, sic Doctores in cap. nullius, de script. per textum ibi. Felin. num. 6. & habetur Clem. 1. Et 2. de se pultis, & tradit. Suan. cap. 38. n. 2. Basil. n. 16. Bonacina n. 11. Salas disp. 17. sect. 14. n. 71.

5 Limita tertio in priuilegiis infertis in corpore iuris: haec enim, quia non solum sunt priuilegia, sed canones, & leges, quovisque legum, & constitutionum fiat derogatio, non censetur derogata, tradit Basil. num. 16. Suarez num. 1. Salas disp. 17. sect. 14. lib. n. 73. cum glossa in l. 3. C. de silentiaris, Et decuriose lib. 10. Ial. in l. 1. ff. soluo marim, glossa, & Doctores Authent. quia in proximia. C. ubi de criminis agi operante, verbo omni priuilegio.

6 Addendum tamen est, si priuilegia sint à Concilio aliquo generali stabilita, rite non suffici clausula derogatoria quacunque priuilegiatum, sub quacunque forma fuerint concessa, aut constitutionum, & canonum, ut censeatur revocata, sed insuper debet exprimi Concilium, saltem sub generalibus verbis, dicendo non obstante quacunque constitutione, etiam in Concilio generali edita: colligetur ex cap. ex parte, cap. ultimo, de capellis monach. cap. nonnulli, de rescript. & tradit. Coart. 4. var. cap. 16. num. 6. Et 4. decretal. 2. part. cap. 8. §. 9. n. 6. Menoch. volum. 3. consil. 194. n. 1. Et 1. Mol. de iust. trad. 2. disp. 17. ver. occasione, pag. mibi 620. Sanch. lib. 3. disp. 2. 6. n. 7. vbi pures refert. Bonacina disp. 1. quaf. 3. punct. 8. n. 13. Pedilla in L. uniuersi. C. de diversis rescriptis (etio contra tenet Basil. de Leon lib. 6. cap. 19. n. 19. vbi affirms ita declaratis Pius V. in quadam extravaganti, & praxim Ecclesiæ idem testari. Faliuit tamen meo iudicio: si enim Pius V. ita declaraserit, & pax Ecclesiæ in esse receptum, ignotus non poterat à tot ita doct. & eruditis viris. Item debet ostendere extravagantem, in qua Pius V. declarauit. Præterea pro se glossam in cap. ex parte, de capellis monach. approbatam ab Innocent. & aliis, quia illi non faver, sed potius oppositi sententiae, nam in illo cap. ex parte, verbo, nulla mentio, dicit. Si quis litteras impetrat contra aliquod ius, sive Concilium, non valent, nisi fiat mentio de illo iure: & refut. se ad cap. nonnulli, de rescript. vbi verbo fecerit mentionem, dicit: Rescriptum debet facere mentionem de constitutione, ad hoc, ut ei praedicatur: & in magna adducit, communiquer non exprimitur ius confititionis, sed dicitur: Non obstante constitutione de duabus diebus edita in Concilio generali. Ecce qua ratione mentio facienda est vel illius constitutionis, vel in genere constitutionis, addenda conciliis. Ratidem reddit Menoch. & Sanch. quia constitutio Concilii generalis ob eius gravitatem ceterum habete taciti clausulam derogatoriam ad postea concedenda, c. unico, de excessu Prelatorum, Innocent. & Ioan. Andri. in cap. ex parte, de capellis monach. Ergo non censeatur derogata, nisi illius sit specifica mentio. Attameo Sanchez, cum Henr. lib. 7. de indulgent. cap. 16. n. 3. Vinald. candelab. 3. p. cap. 12. n. 12. Si Concilium generalis modernum sit, quale est Tridentinum, non suffici clausulam derogatoriam cuiuscunq; Concilium, sed res quieti specificam Tridentinum mentionem. Sed non video, quo

fundamento hoc dicatur, cum omnia Conciliorum decreta æqualis authoritatis sint. Imò potius pro decreto Trident. censeo non esse necessariam specialem, imò neque generalem derogationem, eo quod in decreto vitimo ciudem Concilij fest. 25. declaratur omnia in dicto facio Concilio statuta de morum reformatione & Ecclesiastica disciplina ita decreta fuisse, vt in his falsa semper authoritas Sedis Apostolicae, & sit & esse intelligatur: ac proinde cum contrarius Pontifex decernit, Concilii non contradicit, sed facultate ibi expedita vitur. Ergo si indiget derogatione, sic alii relatis docet Nicol. Garcia 4. part. de benef. cap. 5. n. 30. Et n. 32. adducit motam propriam Pij V. editum anno 1570. in quo declatauit neque speciali, neque generali derogatione Concilii Tridentini opus esse in quibuslibet concessionibus Apostolicis proprii manu Papal signatis.

7 Haec tres limitationes sublimiandae sunt, nisi alter constet de voluntate derogatoris; si enim clare constet velle Principem sub verbis generalibus priuilegia haec exempta derogare, derogata erunt; quia haec, vel illa verba apponit derogans, ad denotandam suam voluntatem. Ergo quocumque modo voluntatem clare significet, etiamsi formam communem clausule derogatoria non ferat, priuilegium revocabit: & ita tradit Bonacina n. 13. circa finem. Iulius Clatus dicens illa communem lib. 3. receptarum, §. testamentum, q. 99. vers. 2. etat. 7. Samnitio lib. 3. select. cap. 14. n. 7. Henr. lib. 7. de indulg. cap. 26. n. 3. Coart. rubr. de testamentis, 2. part. n. 19. ver. quarta conclusio. Sanchez lib. 3. disp. 16. n. 7. in medio, & habetur in dictibus Farinacij decif. 6. 14. n. 1. tom. 3. pag. mibi 84. Et quia fit dispensationes super impedimento affinitatis & conanguinitatis obterens à Pontifice, vel à laice Penitentia cum clausula. Non obstantibus constitutionibus, & ordinacionibus, Apostolicis esterisque contrariis quibuscumque validas effet, et si non fecerint expressa mentionem constitutioonis contrariae Concilii generalis, relati in cap. non debet, de consanguinitate. & affinitate. Quia ex usu & praxi fatis iudicatum est voluntate Pontificis esse pro illo casu speciali, & certo Concilii generalis dispositionis derogare. Præterea, quia illa generalis derogatio solum habere potest effectum circa illius Concilii generalis dispositionem; quia nullibi est alia prohibito. Ergo repudiat debet, ac si derogatio esse specifica, ex l. 2. ff. de liberis, & posthum. vbi lat. & ita tradit. Felin. Ioann. Sanchez lib. 8. de mar. disp. 35. n. 17.

8 Si autem revocatio non explicita sit, sed tacita, eo quod lex, vel priuilegium super latum contrarieatur precedentem, non leuis est inter. Doctores controversia quod debeat prævalere. Alij affirman prævalere primum, alii secundum.

Et quidem si secundum priuilegium contrarium priori concedatur, ex scientia & notitia prioris priuilegii, certum est derogare illud ea in parte, in qua illi est contrarium, quia alii intenderet concedens facere auctum auctum, quod non est de Principe presumendum. Dixi, derogare primo priuilegio ea in parte, in qua illi est contrarium; quia contingere potest, ut secundum priuilegium, vel dispensatio salue ut, cum sola derogatione prioris priuilegii quoad partem: & tunc solum quod illam partem debet cœlesti priuilegium derogatum. Ut si alii habent priuilegium non solvendi tributum, exigatur de mandato Regis tributum, repurandum est exigere pro illa vice, vel pro illo anno: & tunc secundum illam, & quod illam partem priuilegium derogabitur, non tam omne priuilegium, sed integrum manebit pro annis sequentibus: derogatio enim est odioia, ac proutide restraininga: sic docet ex communi sententia Suarez lib. 8. cap. 38. num. 6. Basilis de Leon lib. 8. cap. 19. §. 1. num. 17. Bonacina disp. 1. quaf. 3. punct. 8. n. 4. fine. Dixa insuper debere secundum priuilegium vel actuū priori priuilegio o contrarium, procedere ex notitia & scientia prioris priuilegii, alii non derogabitur; quia haec derogatio debet esse libera, & voluntaria, & consequenter ex cognitione saltem virtuali derogari procedens. Quid apterè colligetur ex c. nonnulli de rescript. c. 1. de conf. in 6. Et ex l. idem. Vlpians. fuit & alijs. ff. de excusat. tuisor. vbi facultas concessa tutori ad mutandum domicilium, censeatur virtualis facultas dimittendi manus. & sollicitudinem tutoris, si data fuerit ex rescripto Imperatoris scientis illum tuorem esse; quare scilicet illa scientia talis voluntas pœnititur.

9 Tota ergo difficultas sita est in ex-litando, quando presumenda sit & scientia, & voluntas in Principe, cum verba priuilegij, legis, vel rescripti nihil aliud contineant, quam novum dispositionem repugnante priori priuilegio. Pro cuius explicazione supponit tripliciter priuilegium derogari posse. Primo lege aliqua generali contraria supradicto priuilegio. Secundo priuilegio contrario aliis concessio. Tercio sententia data contra primum priuilegium.

10 De primo ergo modo derogationis per legem aliquam vniuersalem, in qua non adest clausula derogatoria, distingendum est, aut priuilegium derogandum est in extum in corpore iuris, aut extra illud; si est in extum in corpore iuris, illa lege vniuersali derogatum manet; quis ea quæ sunt in corpore iuris inexta, non presumuntur à Principe ignorata ex

et i. de constit. in 6. Addit. huiusmodi priuilegium insertum in corpore iuris, cit lex communis. Lex autem communis alia communi lege contraria abrogatur absque eo quod praecedens fiat mentio; ut videtur constare ex l. sed & posteriores ff. de legibus ibi, n. si contraria sint. & tradit glossa in supradicto, c. 1, verbo reuocare & verbo nostaur, & Doctores statim referendi. Si vero priuilegium derogandam extra ius commune sit, non derogatur lege universalis illius mentionem non faciente quia, non presumuntur in Principe illius priuilegii scientia ut potius speciale, & priuatum, quod ad notitiam Principis non semper venit iuxta cap. 1. de constit. in 6. ibi, licet Princeps presumatur scire ea quae sine iuriis communis, tamen ignorare posse iuria, & consuetudines priuatas. sic ex communis sententiis docent Salas disp. 17. sect. 14. num. 74. Bonacina disp. 1. quest. 3. punct. 8. §. 3. p. 15. Basil. lib. 8. cap. 19. num. 19. Suarez, lib. 8. c. 39. num. 2. pluribus exornans Matieni, lib. 5. recipilat. tit. 1. l. 8. gloss. 12. numer. 5. & 7. & consta; ex cap. cum ordinem, cap. nonnulli, de rescriptis & tradit glossa ibi, & in cap. 1. cod. tit. & in l. 3. C. de silentiariis, lib. 12.

11 De secundo modo derogationis, alio scilicet priuilegio, distinguendum similiter est de priuilegio inserto in corpore iuris, & extra illius Et dicendum, si priuilegium sit insertum in corpore iuris, derogatur secundo priuilegio, & in parte, quia illi contra unum est, etiam illius mentionem non faciat, quia praesumitur sicutum a Principe, ex cap. de constitutionibus, in 6. Quod verum habet, siue secundum priuilegium derogans sit speciale, siue generale, siue inferatur iuri, siue non, sic docent Salas numer. 75. Basilius numer. 19. Bonacina numer. 17. Suarez numer. 2. & 5. & alii ab eisdem relat. Esto contra tenet saa verbo gracia, num. 19. in vita que editione.

12 Sed obiectio. Rescriptum, seu mandatum contra communem legem non habet effectum, nisi illius mentionem faciat: sicut ex scripta C. de precibus Imperatoris offerendis, & habetur in cap. rescripta, 25. quest. 1. & tradit glossa in cap. nonnulli, de rescriptis: verbo fecit mentionem. & in cap. ex partes de capellis monach. verbo nulla mention. & ibi Abbas, refecti multos alios: & rationem reddunt, quia rescriptum est particularis actus, qui non praesumunt factus cum tanta consideracione: & auertunt ad leges oppositas. Ergo etiam priuilegium contrarium iuri communis non habet effectum, nisi iuriis communis mentionem faciat.

Propter hanc obiectiōē respondēo primo limitandam esse communem sententiam, ut intelligatur de priuilegio perpetuo, quod quia natura consideratione conceditur, præsumi debet confidetur etiam iuri, cui opponitur. At si priuilegium sit temporale pro aliquo actu vel per limitata tempore, tunc præsumi potest in concedente ignorantia iuriis communis oppositi, ac proinde illius debet mentionem facere; hoc enim priuilegium sit limitatum non videtur diffire a rescripto. Faret huic modo dicendi aliquantulum Salas disp. 17. sect. 14. circa finem, n. 77.

Respondeo secundo concedendo antecedens, & negando consequentiam. Et ratio dissparatis est, quia rescriptum debet esse iuxta communem iuri, quando aliud non exprimitur: at dispensatio, & priuilegium potius est illi contrarium: & eaque de causa rescriptum non derogans iuri commune, non valer, valer tamen priuilegium & dispensatio.

13 Quod si primum priuilegium sit extra corpus iuris, nonquam derogatur subsequenti priuilegio, nisi illius mentionem faciat, siue virumque in generali, siue virumque speciale, siue primum speciale, & secundum generale. Ratio est, quia praesumitur secundum concessum ex ignorantia prioris ex c. 1. de constit. in 6. & videtur latius probare ex c. cum ordine, de rescript. vbi priuilegium Cisterciensibus concessum non derogatur per subsequens priuilegium illius mentionem non faciens, sic Suarez, num. 6. Basil. num. 21. Salas, sect. 14. num. 74. Bonacina disp. 1. quest. 3. punct. 8. §. 3. n. 17. circa finem. At si primum sit generali, & secundum speciale videtur primum semper praeservare, si illius non sit facta mentio: tunc quia praesumitur tempore ignorantia, co quod non sit in iure communis insertum, cuius tantum scientia praesumitur: tunc quia videtur esse priuilegium nisi quotidianum, cui non confertur Princeps derogare velle, nisi illius sit specifica mentio. Tum denique, quia in cap. ex parte, de officio delegat, vbi rescriptum speciale ad Archidiaconomatum auunculi obtinendum, non derogat priori rescripto generali ad Archidiaconomatum primo vacatum obtinendum. item in cap. ex sua, de filiis presbyterorum, secundum rescriptum speciale priori generali non derogat. si glossa in reg. generi de reg. iuriis in 6. Panormitan. c. veniens de prescriptiōibus, num. 12.

14 At probabiliter cepero secundum priuilegium valere non obstante generali priori. Monerit tum quia regula est in iure expresa, genus derogati per speciem maxime, quando species subsequitur reg. 4. de regulaturis in 6. tum quia secundum speciale priuilegium non est directe contrarium primo generali; sed solum est quadam exceptio illius. Quam exceptio generali faciendo non est credendum. Princeps sibi abdicante potest, aliam non effici reuocari. Secundum cum cognitione priuilegiū.

15 Neque obstante rationes adductas pro sententia Panormitan. Ad primam concedo generale priuilegium ignorari, cum specie conceditur, sed illam ignorantiam non obstat, quoniam secundum priuilegium speciale vaendum sit: tum quia non est propriæ contrariam priori priuilegio, sed quedam illius exceptio tum quia illa ignorantia ceterum concomitans, quia eodem modo concedetur priuilegium lecandum cognito priori, ac illo ignorato; ut dicitur in supradicto cap. duabus, & nota basil. num. 25. Suarez num. 8. Bonacina n. 17. Salas num. 74.

Ad secundam concedo, si virtute priuilegii cesserit iuri in re quædam priuilegiorum, non deregari secundo priuilegio: sed quia sepe ex priuilegiis concessione non acquiritur iuri in re, quoque priuilegio vobis fuerit, ideo potest Princeps pro aliqua illius parte minuere causa rationabile interueniente.

Ad tertiam ex cap. ex parte, dico primum rescriptum non fuisse generale, sed speciale quod effectum verificatur enim, & complebitur primo Archidiaconomatu vacante & consequenter secundum rescriptum non potest aduersus illud praeservare, ut recte dixit glossa, & rectius in cap. de rescriptis, & tradit basil. num. 23. vbi aderit si secundum rescriptum non concurret cum primo, eo quod Archidiaconomatu primo vacans, non fuit Archidiaconomatus auunculi, sed alius, quem occupauit primo priuilegium, non potest secundo priuilegiorum via nisi rescripti obtinere Archidiaconomatum auunculi, non quia opponatur priori rescripto, sed quia interrogatur præiudicium Ecclesiæ, gravando illam dubius mandati de prouidendo, quod non est praesumendum de Ponitice nisi clare confit ut colligi potest ex d. c. ex part. verf. quoniam igitur ibi nullatenus scriptifirmamus & ex cap. litteris, de rescriptis, in 6.

Ad textum in cap. ex tua respondeo utrumque rescriptum esse generale & circa diuina: nam primum rescriptum fuit concilium Episcopi Eboracen, vt filii presbyterorum in bona vita, potest præbendas parentum conferre: secundum rescriptum fuit obtentum, vt hi filii priuarentur præbendas obtentis: quod rescriptum si intelligatur de illis, qui præbendas habuerunt ex dispensatione, nullum est; quia tacita est vestitas: si autem intelligatur de illis, qui sine dispensatione Episcopi præbendas obtinuerint, tunc validum est, neque contrarium potest.

16 De tertio modo derogationis per sententiam priuilegio contrarium defendant plures reuocari priuilegium, si latius ab eo qui priuilegium reuocare potest, sic Azor lib. 5. cap. 22. quest. 9. Salas disp. 20. sect. 14. n. 72. fine. & sect. 15. num. 78. Bonacina disp. 1. quest. 3. punct. 8. §. 3. num. 18. Monerit quia sententia aquiparatur iuri, & legi, sed lege, & iure contrario reuocatur priuilegium. Ergo & sententia. Deinde in cap. subvota, de sententia, & in indic. ad finem, dicitur: si Innocencii priuilegium fuit Aleandro in iudicio representatum, & ipse uult sententiam aduersus illud, intelligi reprobat. vel ut aliis legunt, intelligi reuocasse. Nam ut glossa ibi dicit, instrumentum reprobatum ceterum, eo ipso quod cum iudicet olenatum, contrarium iudicat, & alias causas allegat ibi glossa verbo reprobat. Advertunt tamen Salas, Bonacina, Azor supra, sententiam debere esse iustam, & tam ab eo, qui priuilegium renoverat potest, aliam non effici reuocari. Secundum cum cognitione priuilegiū.

Pto resolutione supponendum est aliud esse reuocari priuilegium, & aliud aliud reprobare. Reuocare priuilegium est auferre priuilegium, quod verum est, & validum: at reprobare est excludere priuilegium tanquam nullum vel quia subterfugit, vel quia abolitum vel ob aliud defecit. His potest.

17 Dicendum existimo per sententiam tunc reuocari priuilegium quando priuilegiorum in peccam delicti commissi priuilegio priuato: at tunc illa non est tacita reuocatio, sed expresa, & de hoc modo reuocatio nulla dubitat: debet ramen fieri vel à concedente priuilegium vel ab alio ex eius licentia; quia alias inferior non potest priuilegii à superiore concessis subditis priuare. At per sententiam contrariam priuilegio, qua scilicet reus condemnatur non obstante priuilegio nullo.

nullo modo priuilegium reuocati potest, sed solum poteris reprobari, quia vel sententia est iusta, vel iniusta, si iniusta sit non habet effectum, neque ex illa priuilegium derogatur, ut ipse Doctors contracti facentur, iusta autem esse non potest hanc valorem priuilegii nam si priuilegium valet, non potest priuilegium ob factum virtute illius condemnari. Quo, circa si reus condemnatur, non obstatne priuilegium exhibiri, et vel quia iudex certe priuilegium illud non esse validum, ut potest ab episcopio, vel disfucundine derogatur, vel quia ad illum casum non se extendit: & tunc non est reuocatio priuilegii, sed reprobatio illius vel declaratio gurthistica, quod ad illum casum non se extendebat: & ita tener Suarez lib. 8. c. 39. n. 4. Ballivi lib. 8. de matrim. c. 19. fin. 27.

18 Neque obstante rationes contrarias, fateor, per sententiam, scuti per ius reuocari posse priuilegium, sed debet esse sententia iusta, non iniusta: sententia autem iusta esse non potest, quia reuocari priuilegium, nisi sit ob aliquod crimini, à priuilegiario commissum dignum priuilegii privatione: potest tamen esse sententia reprobatoria, & excludens priuilegium, ut potest invalidum, seu illum casum non comprehendens. Quia sententia reprobatoria non est reuocatoria priuilegii, sed declaratoria illius, in hoc sensu explicatur textus in cap. Suborta, & glossa ibi.

## §. V.

Quia publicatio reuocationis necessaria sit, ut priuilegium reuocatum censeatur.

- 1 Si legata est reuocandum, debet publicari ex publicatione qua lex.
- 2 Si priuatum reuocatur priuilegium, non habet effectum, quo usque que priuilegiorum innotescat.
- 3 Qui confessus habeat reuocationem quocumque modo cognitam priuilegiario sufficeret.
- 4 Probabiliter debet fieri per notarium, vel epistolam, & rescriptum ad id specialiter destinatum.

1 Remittendum est reuocationem aliam esse ab homine, aliam à lege.

Si legata priuilegium reuocatur, necessaria est illa publicatio, quam ad legis constitutionem diximus requiri, quia non potest talis lex vim habere reuocandi, quousque in suo esse sit constituta non autem est constituta, quosque publicetur. Ergo. Addit in hac reuocatione separari non posse vim obligandi à vi reuocandi, cum ab eodem fundamento. Sollicitus à lege, utique effectus nascitur. At quia diversimodo de lege ciuilis, & canonica loquuntur sumus, justa eam diversitate de reuocatione per legem ciuilium aut canonican dicendum est. Diximus namque legem ciuilium si pro diuersis prouinciis feratur ab his qui imperatores, legibus reguntur, in qualibet prouincia esse publicandam, & in ea non habere effectum, nisi post duos menses à die promulgacionis: si autem feratur pro una prouincia, in ea solum publicandam esse, & in ea non habere effectum, nisi postquam cureretur tempus sufficiens, ut in subditorum noticiam deveniret: legem autem canonican diximus sufficere Romae est: publicata, ut omnes obligaretur, postquam ad illum noticiam deveniret, aut commode deveniret post, & non ante. Idem ergo dicendum est de lege haec reuocatoria, quia utriusque lex, & habet effectum obligandi, & sequitur irritandi actus contra illum factus, que omnia expostulant, ut ferentur in illa conditione necessaria ad legem. Hoc docent, relato Felino, Pannomiano, & aliis lib. 17. p. 17. & seqq. Bonac. Disp. 1. q. 3. n. 20. Non desunt tamen qui dicane requiri publicationem legi reuocatoris priuilegiorum fieri in qualibet diuinitate docent. Soro i. de iust. q. 1. v. 4. Medin. 1. 2. q. 90. a. 4. Post. 5. conclus. Ema. Sá verbis gratia n. 17. in vitaque edit. At certe sine fundamento, cum videamus reuocati ex pte priuilegio ob legem Romanam publicatam.

2 Verum si priuilegium priuatum reuocatur, quod fieri potest vel mandato concedens, vel alio priuilegio, affirmandum non habere effectum reuocationem, quovunque priuilegiario innotescat: sic ex communione sententia docet sylva, verbis gratia, n. 4. & verbis indulgenzia, n. 17. Corduba in qd. lib. 4. q. 36. concl. 3. Sora I. de iust. q. 1. art. 4. Medin. 1. 2. q. 90. a. 4 p. 5. conclus. Azor lib. 12. q. 7. Bonac. n. 10. Salas n. 82. Soro n. 6. & de panis, disp. 1. q. 2. Basilius lib. 8. c. 9. n. 14. Ratio est quia ad rectam republibus & Ecclesiis gubernacionem pertinet, ut velit Principes priuilegiorum, tuis priuilegiis, ut quovunque agnoscant esse reuocata alia veller plures actus inuidiosos fieri, quod non est credendum de Christiano Principi.

3 Additum verò aliquando reuocationem non esse necessariam fieri per notarium, vel per epistolam ad hoc missam ab ipso reuocare, sed quocumque modo est ut reddatur priuilegium, si priuilegium reuocari. priuilegium est reuocatum, sic docet Soro lib. 8. c. 42. n. 7. Bonac. Disp. 1. q. 3. pars 8. §. 3. n. 20. fine, ratio esse potest, quia ex natura rei hic modus notificandi.

Ferd. de Cagliero Sum. Mor. Pars I.

DE  
ASTRO  
PALACI  
TONI,  
II. III.  
EIV

## DISPUTATIO V.

De cessatione legis, eiusque interpretatione.

**D**IFELICITER obligatio legis cessare potest, vel in totum vel in parte. In totum cessat, quando cessat lex, eo quod cessat omnino causa, ob quam fuit concessa, vel ex eo quod abrogata sit. In parte cessat lex, quando aliquo cau speciali, vel pro aliquo tempore eius obligatio cessat; & hoc contingere potest duplicitate. Primo eo quod aduenientur tales circumstanciae, quibus adstantibus prudenter iudicatur legislatori, vel non possesse sua lege ibi obligare; & haec non est propria cessatio, quia sunquam ad illum causum lex extensa fuit. Secundo contingit, quando lex causum comprehendit, & legislator sua voluntate ab illius obligatio subditos eximit. Quapropter cessare potest adiquata lex. Primo ex cessatione causa finalis illius. Secundo abrogatione. Tertio cessare ex parte potest interpretatione. Quartu dispensatione. De prioribus dicendum est in praesenti disputatione, & in sequenti agendum de cessatione per dispensationem.

## PUNCTUM I.

De cessatione legis ex cessatione causa finalis illius

- 1 Distinguuntur duplex finis, alias extrinsecus, alias intrinsecus.
- 2 Quando consentitur praeceptum ex fine extrinseco desumti.
- 3 Legem latam ab duplice finem intrinsecum & extrinsecum, in trinsecus postulando est.
- 4 Cessante causa finali, ob quam res precipitur, cessat lex.
- 5 Proponitur obiectio. Quid sit.
- 6 Limitatio Soro, ut procedit ex posta declaratione Principis, vel consueitudine. Sed non admittitur limitatio.
- 7 Si cessat adequarem finis pro determinato tempore, vel in parte legis, pro illo tempore, & illa parte cessat lex, seu suscepitur.